num uero hoīs in ordine ad aliū nō uideēt arduitatē habere. sed accipiēt ut absolute sūptū. put est obiectū passionū concupiscibilis. Quod quidē bonum potest esse alicui delectabile. h̄m q̄ p̄bet se alteri. uel in his que serio fiunt id est in actioibus p̄ ratōem ordinatis ad debitū finem. uel in his q̄ fiunt ludo id ē in actionibus ordinatis ad delectōm tm̄. que non eodē modo se habent ad ratōem sicut p̄ima. In seriis autē exhibet se aliquis dupliciter. vno mō ut delectabile decētibz uerbis & factis. & h̄ p̄tinet ad quādā uirtutē quā aristoteles nominat amicitia. & potest dici affabilitas. Alio modo p̄bet se aliquis alteri ut manifestū per dicta & facta. et hoc p̄m̄ ad aliā uirtutē. quā nominat ueritatē. manifestatio em̄ p̄p̄inquit accedit ad rōem q̄z delectatio. & seria q̄z iocosa. Vnde & circa delectationes ludoꝝ est alia uirtus quā p̄bet se rapelia nominat. Sic igitē patet q̄ h̄m arist. sunt duodecim uirtutes morales circa passiones scz fortitudo. tēperantia. liberalitas. magnificētia. philotinia. mansuetudo. amicitia. magnanimitas. ueritas. eutrapelia. & iustitia. Et distinguunt h̄m diuersas materias. uel h̄m diuersas passiones. uel secundū diuersa obiecta. si igitē addat iustitia que est circa operatōes. erūt omnes duodecim.

DE DISTINCTIONE VIRTUTVM CARDINALIUM. DIS. VII.

Quoniam septimū p̄ncipale scz de distinctione uirtutū cardinaliū. querunt quinqz. P̄mo utrū uirtutes morales debeant dici cardinales uel p̄ncipales. Secundo de numero earum. Tertio q̄ sint. Quarto utrū differāt ab inuicem. Quinto utrū cōueniēt diuidantē ī uirtutes politicas purgatorias & purgati animi & exemplares. Ad p̄m̄ scz utrū uirtutes morales debeant dici cardinales. dicēdū q̄ cū simpliciter de uirtute loquimur. intelligim⁹ loqui de uirtute humana. uirtus autē humana ut dictū est secundū p̄fectam ratōm uirtutis dicit. que requirit rectitudinē appetitus. h̄mōi em̄ uirtus nō solum facit facultatē bene agēdi. sed etiā usū boni operis causat. sed h̄m imperfectā ratōz uirtutis dicit uirtus que nō requirit rectitudinē appetitus. quia solum facit facultatē bene agēdi. non autē causat boni operis usum. constat autē q̄ perfectū est p̄ncipaliter imperfecto. & idēz uirtutes que cōtinēt rectitudinē appetitus dicunt p̄ncipales. Huiusmōi autē sunt uirtutes morales & intellectuales. sola prudentia que est quodāmodo moralis est secundū naturam ut ex infra dictis patet. unde cōuenienter in uirtutes morales ponunt ille que dicunt p̄ncipales seu cardinales. Ad secundū scz de numero earū. dicēdū q̄ numer⁹ aliquoꝝ accipi potest aut secundū p̄ncipia formalia. aut secundū subiecta. & utroqz modo inueniunt quattuor cardinales uirtutes. p̄ncipiū em̄ formalis uirtutis de qua nūc loquimur est ratiois bonum. Q̄ quidēz dupliciter potē cōsiderari.

vno modo secundū q̄ in ipsa ratione conside-
ratio consistit. & sic erit una uirtus principalis
que dicitur prudentia. Alio modo secundū q̄ cir-
ca aliquid ponitur rationis ordo & hoc uel circa
operatōes. & sic est iustitia uel circa passiones
& sic necesse ē esse duas uirtutes. Ordines em̄
ratiois necesse est ponere circa passiones consi-
derata repugnantia ipsarū ad ratōem. q̄ quidē
potest esse duplex. Vno modo secundū q̄
passio impellit ad aliquid cōtrariū ratōi. & sic
necesse est q̄ passio reprimat. & ab hoc deno-
minat temperantia. Alio modo secundū q̄ pas-
sio retrahit ab eo qd̄ ratio dicitur. sicut timor
periculorū uel laborū. & sic necesse est q̄ firme-
tur hō ī eo qd̄ est ratiois ne recedat. & ab hoc
denominat fortitudo. Similiter secundū sub-
iecta idē numerus inueniunt. Quadrupliciter em̄
inuenitur subiectū huius uirtutis de qua loq̄-
mur. s. rationale p̄ essentia quod prudentia p̄fi-
cit. & rationale p̄ participationē quod diuidit-
tur in tria scz ī uolūtate q̄ est subiectū iustitie
& in concupiscibile q̄ est subiectū temperantie. &
in irascibile q̄ est subiectū fortitudinis. Ad
tertiū scz q̄ sunt q̄ dici debent cardinales. dicitur
quod sicut supra dictū est. huiusmodi quat-
tuor uirtutes cardinales accipiuntur scdm̄ qua-
tuor formales rationes uirtutis de qua loqui-
mur. q̄ q̄dem in aliquibus actibus uel passio-
bus principaliter inueniunt. sicut bonū cōsistēs
in cōsideratione rationis principaliter inuenitur
in ipso imperio rationis. nō autē in cōsilio. neq̄
in iudicio ut dictū est. Similiter etiā bonū ra-
tiois p̄ ut ponitur in opatiōibus scdm̄ rationē
recti & debiti principaliter inuenitur in cōmuta-
tionibus uel distributiōibus q̄ sunt ad alterū
cum equalitate. bonū autē refrenādi passioēs
principaliter inuenitur in passionibus. q̄s maxi-
me difficile est reprimere. s. in delectatiōibus
tactus. bonū autē firmitatis ad standū ī bono
rationis cōtra ipetū passionū. p̄cipue inueniunt
in piculis mortis. contra quod difficillimū est
stare. Sic igitur p̄dictas quattuor uirtutes dupli-
citer cōsiderare possumus. Vno mō scdm̄ con-
munes rationes formales. & scdm̄ hoc dicuntur
principales. q̄ generales ad omēs uirtutes. ut
puta q̄ omīs uirtus q̄ facit bonū in cōsidera-
tione rationis dicatur prudentia. & q̄ omīs uir-
tus q̄ facit bonū debiti & recti ī opatiōibus dicatur
iustitia. & omīs uirtus q̄ cohibet passiones &
deprimit. dicatur temperantia. & omīs uirtus q̄ fa-
cit firmitatē animi cōtra quascūq̄ passioēs ai-
dicatur fortitudo. & sic multi loquuntur de istis
uirtutibus tam sacri doctores q̄ etiā p̄bi. & sic
alie uirtutes sub ipsis continentur. unde cessant
omēs obiectiones. Alio uero modo possunt ac-
cipi s̄m q̄ ipse uirtutes denominantur ab eo qd̄
est principium in unaquaq̄ materia. & sic sunt
speciales uirtutes cōtra alias diuise. dicuntur tñ
principales respectu aliarū p̄pter principalitatem
materie. puta q̄ prudentia dicatur que est p̄-
ceptiua. iustitia que ē circa actiones debitas ī-
ter equales. temperantia que reprimit concupiscē-

tias delectationū tactus. fortitudo que firmat
contra pericula mortis. & sic etiā cessant alie
obiectiones. quia alie uirtutes possunt habere
aliquas alias principalitates. sed iste dicitur p̄n-
cipales ratione materie. ut dictum est. Ad
quartum scz utrū uirtutes p̄dicte differant ab
in uicem. dicendum q̄ sicut supra dictū est p̄di-
cte quattuor uirtutes dupliciter a diuersis ac-
cipiunt. quidā em̄ accipiunt eas p̄t signant q̄s
dam generales conditiōes humani animi que
inueniunt in omibus uirtutibus. ita scz q̄ p̄ude-
tia nihil aliud sit q̄ quedā rectitudo discreti-
onis in quibuscūq̄ actibus uel materiis. Iusti-
tia uero sit quedā rectitudo anī p̄ quā hō ope-
ratur quod debet in unaquaq̄ materia. tēpe-
rantia uero sit quedā dispositio animi que mo-
dum quibuscūq̄ passionibus uel operatiōibus
impunit uel iponit ne ultra debitū efferatur.
fortitudo uero sit quedā dispositio animi per
quā firmetur in eo quod est secundū ratōem cō-
tra quoscūq̄ impetū passionū uel operū labo-
res. Hec autē quattuor sic distincta nō impo-
nt diuersitatē habitū uirtuosoꝝ quantum ad iu-
sticiā temperantiā & fortitudinē. cuiuslibet em̄
uirtuti morali ex hoc q̄ ē habitus conuenit q̄-
dam firmitas. ut a contrario nō moueat. qd̄
dictū est ad fortitudinem p̄tinere. ex hoc uero
qd̄ est uirtus habet q̄ ordinet ad bonū. in quo
impo-nt ratio recti ul debiti. quod dicebatur
ad iusticiā p̄tinere. In hoc uero q̄ est uirtus
moralis ratōem participās habet q̄ modū rati-
onis in omnibus seruet. & ultra nō se extendat
quod dicebat p̄tinere ad temperantiā. solū autē
hoc q̄ est discretionem habere quod attribue-
batur prudentie. uideat distingui ab aliis tribus
in quantum hoc ē ipsius ratōis p̄ essentia. Alia
uero tria impo-nt quandā ratiois p̄cipatōem
per modū applicatiōis cuiusdā ad passiones ul
operatōes. Sic igitur s̄m p̄dicta. prudentia qui-
dem est uirtus distincta ab aliis tribus. sed alie
eres non essent uirtutes distincte ab in uicem
Manifestū est autē q̄ una & eadem uirtus et ē
habitus. & est uirtus. & est moralis. Alii uero
& melius accipiunt has quattuor uirtutes secū-
dū q̄ determinant ad materias speciales. una
queq̄ quidē illarum ad unāz materiā in qua
principaliter laudat illa generalis conditio aq̄
nomē uirtutis accipit ut supra dictū est. sed se-
cundū hoc manifestū est q̄ dicte uirtutes sūt
diuersi habitus. s̄m diuersitatē obiectoꝝ di-
stincti. Ad quintū scz utrū conueniēter di-
uidantur ī politicas. purgatorias &c. dicendum q̄
sicut Aug⁹. dicit in libro de moribus ecclesie.
Oporet q̄ aīa aliquid sequat ad hoc q̄ eis uir-
tus possit ināsci. & hoc ē de⁹ quē si sequimur
bene uiuim⁹. Oporet igitur q̄ exemplar huma-
ne uirtutis in deo p̄existat sicut & in eo p̄xi-
stunt om̄ rerum ratōes. sic igitur uirtus potest
cōsiderari ul p̄t est exemplariter ī deo. & sic di-
cuntur uirtutes exemplares. ita scz q̄ ipa diuina
mens ī deo dicatur prudentia. Temperantia ue-
ro cōuersio intentōis diuine ad seipsum. sicut

in nobis temperantia dicitur per hoc quod concupiscibilis conformatur rationi. fortitudo autem dei est eius immutabilitas. iustitia uero dei est observatio legis eterne in suis operibus. sicut plotinus dixit. et quia homo secundum suam naturam est animal politicum. uirtutes homini putantur in homine existunt secundum conditionem sue nature. politice uocantur. putantur scilicet homo secundum has uirtutes recte se habet in rebus humanis gerendis. secundum que modum hactenus de hiis uirtutibus locuti sumus. Sed quia ad hominem pertinet. ut etiam ad diuina se trahat quantum potest. ut etiam philosophus dicit in .x. ethico. & hoc nobis in sacra scriptura multipliciter commendatur. ut est illud Matthei .v. estote perfecti sicut pater uester celestis perfectus est. necesse est ponere quasdam uirtutes medias inter politicas que sunt uirtutes humane. & exemplares que sunt uirtutes diuine. que quidem uirtutes distinguunt secundum diuersitatem motus & termini. ita scilicet quedam sunt uirtutes transcendentes. & in diuinam similitudinem tendentes. & hec uocantur uirtutes purgatorie. ita scilicet prudentia omnia mundana diuino contemplatione despiciat. omnemque animam cogitationem in sola diuina dirigat. temperantia uero relinquat in quantum natura patitur que corporis usus requirit. fortitudinis autem est ut anima non terreatur propter recessum a corpore & ascensum uel accessum ad superna. Iustitia uero est ut tota anima consentiat ad huius propositi uiam. Quedam uero sunt uirtutes iam assequendum diuinam similitudinem que uocantur uirtutes purgatiue animi. Ita scilicet prudentia sola diuina intueatur. temperantia terrenas cupiditates nesciat. fortitudo passiones ignoret. iustitia cum diuina mente perpetuo federe societ. ea scilicet imitando. quas quidem uirtutes dicimus esse beatorum uel aliquorum in hac uita perfectissimorum.

DE VIRTUTIBVS THEOLOGICIS DISTINCTIO. OCTAUA.

Quarta octauum scilicet de uirtutibus theologicis queruntur quattuor. Primum utrum sint aliquae uirtutes theologicae. Secundo utrum uirtutes theologicae distinguantur ab intellectualibus & moralibus. Tertio quot & que sint. Quarto de ordine earum. Ad primum scilicet utrum sint aliquae uirtutes theologicae. dicendum quod per uirtutem perficitur homo ad actus quibus in beatitudine ordinatur. ut ex supra dictis patet. Est autem duplex hominis beatitudo siue felicitas. ut dictum est. una quidem proportionata nature humane. ad quam scilicet homo peruenire potest per principia sue nature. Alia est beatitudo naturam hominis excedens ad quam homo sola diuina uirtute potest peruenire secundum quaedam diuinitatis principia. secundum quod dicitur .ii. pe. .ii. quod per christum facti sumus consortes diuine nature. & quia homini beatitudo proportionata humane nature excedit principia naturalia hominis ex quibus procedit ad bene agendum secundum suam proportionem non sufficiunt ad ordinandum hominem in beatitudine predicta. unde oportet quod super-

addantur homini diuinitus aliqua principia per que ita ordinentur ad beatitudinem supernaturalem. sicut per principia conaturalia ordinantur ad finem conaturalem. non tamen absque adiutorio diuino. & hec principia dicuntur uirtutes theologicae. tum quia habent deum per obiectum in quantum per eas recte ordinantur in deum. tum etiam quia a solo deo non infunduntur. tum tertio quod sola diuina reuelatione in sacra scriptura homini uirtutes traduntur.

Ad secundum scilicet utrum uirtutes theologicae distinguantur a uirtutibus intellectualibus & moralibus. dicendum quod sicut supra dictum est. habitus specie distinguuntur secundum formalem differentiam obiectorum. obiectum autem uirtutum theologicarum est ipse deus. qui est ultimus rerum finis. per nostre rationis cognitionem excedit. obiectum autem uirtutum intellectualium & moralium est aliquid quod humana ratio comprehendere potest. unde uirtutes theologicae specie distinguuntur a moralibus & intellectualibus.

Ad tertium scilicet quot & que sunt uirtutes theologicae. dicendum quod sicut supra dictum est. uirtutes theologicae hoc modo ordinantur hominem ad beatitudinem supernaturalem sicut per naturalem inclinationem ordinatur homo in finem sibi conaturalem. Hoc autem contingit secundum duo. Primo quidem secundum rationem uel intellectum. in quantum continet prima principia uniuersalia cognita nobis per naturale lumen intellectus ex quibus procedit ratio tam in speculatione quam in agendis. Secundo per rectitudinem uoluntatis naturaliter tendentis est bonum rationis. Sed hec duo deficiunt ab ordine beatitudinis supernaturalis. secundum illud .i. ad cor. .ii. Oculus non uidit & auris non audiuit. & in cor hominis non ascendit que preparauit deus diligentibus se. unde oportuit quod quantum ad utrumque aliquid homini supernaturaliter adderetur ad ordinandum ipsum in finem supernaturalem. & primo quidem quantum ad intellectum adduntur homini quedam principia supernaturalia que diuino lumine capiuntur. & hec sunt credibilia de quibus est fides. Secundo uero uoluntas ordinatur in illum finem & quantum ad motum intentionis in ipsum tendentem. sicut in id quod est possibile consequi. quod pertinet ad spem. & quantum ad unionem quandam spiritualem. per quam quodammodo transformatur in illum finem quod fit per caritatem. Appetitus enim uniuscuiusque rei naturaliter mouetur & tendit in finem sibi conaturalem. et iste motus peruenit ex quadam conformitate rei ad suum finem. Ad quartum scilicet de ordine earum. dicendum quod duplex est ordo scilicet generationis & perfectionis. ordine quidem generationis quo materia prior est forma. ut imperfectum perfectum. in uno & eodem modo fides procedit spem. & spes caritatem secundum actus. nam habitus simul infunduntur. non enim potest in aliquid motus appetitus tendere uel sperando uel amando nisi quod est apprehensum sensu aut intellectu. per fidem autem apprehendit intellectus ea que sperat & amat. unde oportet quod ordine generationis fides procedat spem & caritatem. Similiter autem ex hoc homo aliquid amat & apprehendit illud ut

bonum suum per hoc aut quod homo ab aliquo sperat se bonum consequi posse reputat ipsum in quo spem habet quoddam bonum suum. unde ex hoc ipso quod homo sperat de aliquo. procedit ad amandum ipsum. & sic onere generationis secundum actus spes procedit caritate. ordine uero perfectionis caritas procedit & spem & fidem. eo quod tam spes quam fides per caritatem formatur. & perfectionem uirtutis acquirit. Sic enim caritas est mater omnium uirtutum & radix in quantum est omnium uirtutum forma ut infra dicitur.

**DE CAUSA VIRTUTVM.
DISTINCTIO. NONA.**

Quoniam nonnumquam de causa uirtutum queruntur quattuor. Primo utrum uirtutes sint in nobis a natura. Secundo utrum aliqua uirtus causetur in nobis ex assuetudine operum. Tertio utrum aliquae uirtutes morales sint in nobis per infusionem. Quarto utrum uirtus quam acquirimus assuetudine operum sit eiusdem speciei cum uirtute infusa.

Ad primum scilicet utrum uirtutes in nobis a natura dicendum quod circa formas corporales dixerunt aliqui quod totaliter sunt ab intrinseco. sic ponentes latitatem formarum. Aliqui uero quod totaliter sunt ab extrinseco. sicut ponentes formas corporales esse ab aliqua causa separata. Aliqui uero quod partim sunt ab intrinseco. & quantum scilicet preexistunt in potentia in materia. & partim ab extrinseco in quantum reducuntur ad actum per agens. Ita etiam circa scientias & uirtutes aliqui quidem posuerunt eas totaliter esse ab intrinseco. ita scilicet quod omnes uirtutes & scientie naturaliter preexistunt in anima. sed per disciplinam & exercitium impedimenta scientie & uirtutis tolluntur. que adueniunt anime ex corporis grauitate. sicut cum ferrum clarificatur per limatorem. & hec fuit opinio platonicoz. Alii uero dixerunt quod sunt totaliter ab extrinseco id est ex influentia intelligentie agentis. ut positum auicenna. Alii uero dixerunt quod secundum aptitudinem scientie et uirtutes sunt in nobis a natura. non autem secundum perfectionem. ut philosophus dicit in ii. ethi. & hoc uerius est. Ad cuius manifestatorem oportet considerare quod aliquid dicitur alicui homini naturale dupliciter uno modo ex natura speciei. alio modo ex natura indiuidui. & quia unumquodque habet speciem secundum suam formam. indiuiduatur uero secundum materiam. forma uero hominis est anima rationalis. materia uero corpus. Ideo quod uenit homini secundum animam rationalem est ei naturale secundum rationem speciei. id uero quod est ei naturale secundum determinatam corporis complexionem. est ei naturale secundum naturam indiuidui. quod enim est naturale homini ex parte corporis secundum speciem quodammodo refertur ad animam in quantum scilicet tale corpus est tali anime proportionatum. utroque autem modo uirtus est homini naturalis secundum quamdam inchoationem. Secundum quidem naturam speciei. in quantum scilicet in ratione hominis naturaliter insunt que dam principia naturaliter cognita tam scibili quam agendo. que sunt quedam semialia intellectualium uirtutum & moralium & in quantum in

uoluntate inest quidam naturalis appetitus boni quod est secundum rationem. Secundum uero naturam indiuidui in quantum ex corporis dispositione aliqui sunt dispositi uel melius uel peius ad quasdam uirtutes. puta scilicet uires quedam sensitue actus sunt quarundam partium corporis. ex quarum dispositione adiuuantur. uel impediuntur huiusmodi uires in suis actibus. & per consequens uires rationales quibus homini sensitue uires deseruiunt. & secundum hoc unus homo habet naturalem aptitudinem ad scientiam. alius ad fortitudinem. alius ad temperantiam & hiis modis tam uirtutes intellectuales quam morales secundum quamdam aptitudinis inchoationem sunt in nobis a natura. non autem consummatio earum. quia natura determinat ad unum. consummatio autem homini uirtutum non est secundum unum modum actionis. sed diuersimode secundum diuersas materias in quibus uirtutes operantur. & secundum diuersas circumstantias. Sic igitur patet quod uirtutes in nobis sunt a natura secundum aptitudinem & inchoationem. non autem secundum perfectionem. preter uirtutes theologicas que sunt totaliter ab extrinseco. Ad secundum scilicet utrum omnes uirtutes possint in nobis causari ex assuetudine operum. dicendum quod sicut supra dictum est uirtus perficit hominem ad bonum. cum autem ratio boni consistat in modo speciei et ordine. ut Augustinus dicit in libro de natura boni. siue in numero. pondere. & mensura. ut dicitur sap. xi. oportet quod bonum hominis secundum aliquam regulam consideretur. Que quidem est duplex ut supra dictum est scilicet ratio humana. & lex diuina. & quia lex diuina superior est regula. ideo ad plura se extendit. ita quod quidquid regulatur ratione humana. regulatur etiam lege diuina. quia non conuertitur. Virtus ergo hominis ordinata ad bonum quod modificatur secundum regulam rationis humane potest ex actibus humanis causari in quantum homini actus procedunt a ratione. sub cuius potestate & regula tale bonum consistit. uirtus uero ordinans hominem ad bonum secundum quod modificatur per legem diuinam & non per rationem humanam non potest causari per actus humanos quorum principium est ratio. sed causatur solum in nobis per operationem diuinam. & ideo homini uirtute diffiniens Augustinus posuit in diffinitione uirtutis. quam deus in nobis sine nobis operatur.

Ad tertium scilicet utrum uirtutes morales sint in nobis per infusionem. dicendum quod effectus oportet esse proportionatos suis causis et principis. Omnes autem uirtutes tam intellectuales quam morales que ex nostris actibus acquiruntur. procedunt ex quibusdam naturalibus principis in nobis preexistentibus. ut supra dictum est. loco quoque naturalium principiorum conferuntur nobis a deo uirtutes theologice. quibus ordinamur ad finem supernaturalem. ut supra dictum est. unde oportet quod hiis uirtutibus theologicis proportionaliter respondeant alii habitus diuini causati in nobis qui sic se habeant ad uirtutes theologicas sic se habent uirtutes intellectuales & morales ad principia naturalia uirtutum. Ad quartum scilicet

verum virtutes infuse specie differant ab acq̄-
sitis. dicendū q̄ habitus dupliciter distinguū-
tur specie. Vno modo sicut predictū ē s̄m spe-
ciales & formales ratōes obiectoꝝ. obiectum
aut̄ cuiuslibet virtutis ē bonū consideratū in
materia pp̄ria. sicut tēperantie obiectū est bo-
num delectabiliū in concupiscētiis tactū. cui⁹
quidem obiecti formalis ratio est a ratōe que
instituit modū in hīs concupiscētiis. materi-
ale est id qd̄ est ex parte cōcupiscētiarū. Ma-
nifestū est aut̄ q̄ alterius ratōis est mod⁹ ipo-
situs in hōi cōcupiscētiis s̄m regulam rati-
ōnis humane. & s̄m regulam diuinā. puta in
sumptione ciboꝝ ratione humana modus in-
stituit̄ vt non nocat ualitudī corporis. nec im-
pediat ratōis actum. s̄m aut̄ regulam legis di-
uine requirit̄ q̄ homo castiget corpus suū. &
in seruitutem redigat p̄ abstinentiā cibi & po-
tus & alioꝝ hōi. vnde manifestū est q̄ tem-
perācia infusa & acq̄sita differat specie. & eadē
ratio est de aliis virtutib⁹. Alio modo habitus
distinguunt̄ specie s̄m ea ad q̄ ordinant̄. non
em̄ est eadem species sanitas hōis & equi pro-
pter diūsas naturas ad q̄s ordinantur. & eo-
dem modo dicit̄ p̄hs in .iii. politice. q̄ diuerse
sunt virtutes ciuū. s̄m q̄ bene se habēt ad di-
uersas politias. & per hūc etiam modū diffe-
rūt specie virtutes mozales infuse per q̄s hōies
bene se habent in ordine ad hoc q̄ sint ciues
sanctoꝝ & domestici dei. et alie virtutes acq̄si-
te. secundum quas homo bene se habet in ordi-
ne ad res humanas.

**DE CONNEXIONE VIRTVTVM.
DISTINCTIO. DECIMA.**

Quarta decimū principale sc̄z de conexi-
one virtutū querunt̄ quib⁹. Primo
verū virtutes mozales sint ad inui-
cem connexe. Secundo verū virtu-
tes mozales possunt esse sine caritate. Tertio
verū caritas possit esse sine eis. Quarto utruq̄
fides & spes possunt esse sine caritate. Quinto
verū caritas possit esse sine fide & spe. **Q**u-
ad primū sc̄z utruq̄ virtutes sint ad inuicē conexe
dicendū q̄ virtus mozales potest accipi ul̄ p̄fe-
cta uel imperfecta. Imperfecta quidem mozales
virtus ut tēperantia uel fortitudo nihil est ali-
ud q̄ aliqua inclinatio in nobis existēs ad op⁹
aliquod de genere bonoꝝ faciendū. siue talis
inclinatio sit in nobis a natura siue ex assuetudi-
ne. & hoc modo accipiēdo virtutes mozales n̄
sunt conexe. Videmus em̄ aliquē ex naturali
cōplexione uel ex aliqua assuetudine p̄mptus
esse ad opera liberalitatis. qui tñ nō est p̄m-
ptus ad opera castitatis. Perfecta autē virtus
moralis est habitus inclinās ad bonū opus be-
ne agēdū. & sic accipiēdo virtutes mozales di-
cimus eas esse connexas. ut fere ab omnibus
ponit̄. Vnd̄ Ambro. dicit̄ sup̄ lucam. Conexe
sibi sunt sc̄cathenatēq̄ virtutes. ut qui unam
habet plures habere uideat̄. August. etiā dicit̄
in .vi. de trini. q̄ virtutes que sunt in humano
animo nullo mō separant̄ ab inuicē. Et Greg.

dicit̄ in .xxii. moꝝ. q̄ una uirtus sine aliis aut
omnino nulla est aut imperfecta. Et tullius dicit̄
in secūdo de tuscū. questionibus. Si unā uir-
tutem confessus es te nō habere. nullā necesse
est te habiturū. Cuius ratō assignat̄ duplex se-
cundū q̄ diuersimode aliqui uirtutes cardia-
les distinguūt. Vt em̄ dicit̄ est. quidāz distin-
guunt eas s̄m quāsdā generales cōditōes uir-
tutum. utpote q̄ discretio p̄tineat ad p̄uden-
tiam. rectitudo ad iustitiā. moderantia ad tē-
perācia. firmitas aī ad fortitudinē in quacūq̄
materia ista cōsiderent̄. Sed secundū hoc ma-
nifeste apparet ratio cōnexionis. non em̄ fir-
mitas habet laudem uirtutis si sit sine mode-
ratione uel rectitudine aut discretōe. Et eadē
ratio est de aliis. & hanc ratōem cōnexionis
assignat̄ Grego. xxii. moꝝ. q̄ uirtutes si sūt
disiuncte nō possunt esse p̄fecte secundū rati-
onem uirtutis. quia nec p̄dētia uera est que
iusta temperās & fortis n̄ est. & idē subdit̄ de
aliis uirtutibus. & similem ratōnem assignat̄
Aug⁹. in .vi. de trini. Alii uero distinguūt p̄e-
dictas uirtutes secundū materias. & s̄m hoc
assignat̄ ratio cōnexionis ab aristotele in .vi.
ethi. quia sicut sup̄a dicit̄ est nulla uirt⁹ mo-
ralis potest sine p̄dētia haberi. eo q̄ pp̄rius
uirtutis mozales est facere electōm rectā cum
sit habitus electiuius. Ad rectam aī electionē
nō solū sufficit inclinatio in debitū finem qd̄
est directe p̄ habitū uirtutis mozales. sed etia⁹
q̄ aliquis directe eligat ea que sunt ad finē.
quod fit p̄ p̄dētiam que ē cōsiliatiua & iudi-
cariua. & p̄ceptiua eoz̄ q̄ sunt ad finem. Si-
militer etiā prudentia n̄ potest haberi nisi ha-
bean̄ uirtutes mozales. cum prudentia sit re-
cta ratio agibiliū. que sicut ex principiis p̄ce-
dit ex finibus agibiliū ad quos aliquis recte
se habet p̄ uirtutes mozales. Vnde sicut sciētia
speculatiua n̄ potest haberi sine intellectu p̄n-
cipioꝝ. ita nec prudentia sine uirtutibus mo-
ralibus. ex quo manifeste sequit̄ uirtutes mo-
rales esse conexas. Sciendū aut̄ q̄ uirtutū mo-
raliū quedā p̄ficiunt hōiem secundū cōem sta-
tum sc̄z quantū ad ea que cōter in omni uita
hōim occurrūt agenda. vnde oportet q̄ homo
simul exerciteē circa materias omniū uirtutū
mozales. & si quidē circa oēs exerciteē bñ ope-
rando acquireret habitus oīm uirtutū mozales
Si aut̄ exerciteē bene operādo circa unam ma-
teriā non aut̄ circa aliā. puta bene se habendo
circa iras. nō aut̄ circa cōcupiscētiās. acquir̄
quidē aliquē habitū ad refrenādū iras. Qui tñ
non habebit ratōem uirtutis p̄pter defectum
p̄dētie que circa cōcupiscētiās corrupiē
sicut etiam naturales inclinatioes. non habent
p̄fectam ratōem uirtutis si p̄dētia desit.
Quedam uero uirtutes mozales sunt que p̄fi-
ciunt hōies s̄m aliquē eminentē statum. sicut
magnificentia & magnanimitas. Et q̄z exerci-
tium circa materias harū uirtutū n̄ occurrūt
vnicuiq̄z cōter. potest aliquis habere alias uir-
tutes mozales. sine hoc q̄ habit⁹ harū uirtutū

habeat actu. loquedo de virtutibus acquisitis. Sed tam acquisitis aliis virtutibus habet istas virtutes in potentia propinqua. Cum enim aliquis per exercitium adeptus est liberalitate circa medicos donaciones et sumptus. si superueniat ei superabundantia pecuniarum. modico exercitio acquirat magnificentie habitum. sicut geometra modico studio acquirat scientiam alicuius conclusionis. quam nunquam considerauit. illud autem habere dicimus quod in promptu est ut habeamus. secundum illud philosophi in secundo physico. quod parum deest. quasi nihil deesse uideatur. Item uirtutes intellectuales sunt circa diuersas materias ad inuicem non ordinatas. sicut patet in diuersis scientiis & artibus. & ideo non inueniuntur in eis conexio que inueniuntur in uirtutibus moralibus existens circa passiones et operationes. que manifeste habent ordinem ad inuicem. Nam omnes passiones in quibusdam primis procedentes scilicet amore & odio ad quaedam alias terminantur scilicet delectationem & tristitiam. Et similiter omnes operationes que sunt uirtutis moralis naturaliter habent ordinem ad inuicem. & etiam ad passiones. & ideo tota materia moralium uirtutum sub una ratione prudentie cadit. Habent enim omnia intelligibilia ordines ad prima principia. Et secundum hoc omnes uirtutes intellectuales dependent ab intellectu principiorum. sicut prudentia a uirtutibus moralibus ut dictum est. Principia autem uniuersalia quorum est intellectus principiorum non dependunt a conclusionibus. de quibus sunt relique intellectuales uirtutes. sicut uirtutes morales dependunt a prudentia eo quod appetitus mouet quodammodo rationem. & ratio appetitum ut supra dictum est. Ad secundum scilicet uirtutes morales possunt esse sine caritate. dicendum quod sicut supra dictum est uirtutes morales prout sunt operationes boni in ordine ad finem qui non excedit facultatem naturalem hominis. possunt per opera humana acquiri. et sic acquiruntur sine caritate esse possunt sicut fuerunt in multis gentibus. Secundum autem quod sunt operatiui boni in ordine ad ultimum finem supernaturalem. sic perfecte & uere se habent ad rationem uirtutis. & non possunt actibus humanis acquiri. sed a deo infunduntur. & homini uirtutes morales sine caritate esse non possunt. Dictum est enim quod alie uirtutes morales non possunt esse sine prudentia. prudentia autem non potest esse sine uirtutibus moralibus in quantum uirtutes morales faciunt bene se habere ad quosdam fines ex quibus procedit ratio prudentie. Ad rectam autem rationem prudentie multo magis requiritur quod homo bene se habeat circa ultimum finem quod fit per caritatem quam circa alios fines quod fit per uirtutes morales. Sicut ratio recta in speculatiuis maxime indiget primo principio indemonstrabili. quod est contradictoria non esse simul uera. unde manifestum fit quod nec prudentia infusa potest esse sine caritate. nec alie uirtutes morales consequenter que sine prudentia esse non possunt. Patet igitur ex predictis quod sole uirtutes infuse sunt perfecte. & sole simpliciter

dicende uirtutes. quia bene ordinant homines ad finem ultimum simpliciter. Alie uero uirtutes scilicet acquisite sunt secundum aliquid uirtutes. non autem simpliciter. Ordinant enim hominem bene respectu finis ultimi in aliquo genere. non autem respectu ultimi finis simpliciter. unde ro. xiiii. super illud. Omne quod non est ex fide peritum est. dicit ibi glo. Augustini. ubi deest agnitio ueritatis. falsa est uirtus etiam in bonis moribus. Ad tertium scilicet uirtutes caritas possit esse sine uirtutibus moralibus. dicendum quod cum caritate infunduntur omnes uirtutes morales. Cuius ratio est. quia deus non minus perfecte operatur in operibus gratie quam in operibus nature. sicut autem uidemus in operibus nature quod non inueniuntur principia aliquorum operum in aliqua re quae inueniantur in ea que sunt necessaria ad homini opera perficienda. sicut in animalibus inueniuntur organa quibus perfici possunt opera. ad que pagenda anima habet potestatem. Manifestum est autem quod caritas in quantum ordinat hominem ad finem ultimum est principium omnium operum bonorum que in finem ultimum ordinari possunt. Unde oportet quod cum caritate simul infunduntur omnes uirtutes morales quibus homo perficit singula genera bonorum operum. Et sic patet quod uirtutes morales infuse non solum habent conexione propter prudentiam. sed etiam propter caritatem. & quod qui amittit caritatem per peccatum mortale. amittit omnes uirtutes morales infusas. Ad quartum scilicet uirtutes fides & spes possunt esse sine caritate. dicendum quod fides & spes sicut & uirtutes morales dupliciter considerari possunt. Uno modo secundum inchoationem quaedam. Alio modo secundum perfectum esse uirtutis. Cum enim uirtus ordinatur ad bonum opus agendum. uirtus quidem perfecta dicitur in hoc quod potest in opus perfecte bonum. quod quidem est dum non solum est quod fit. sed etiam bene fit. Alioquin si bonum sit quod fit. non autem bene fiat. non erit perfecte bonum. Unde nec habet quod est talis operis principium habebit perfecte rationem uirtutis sicut si aliquis operetur iuxta bonum quidem facit. sed non erit opus perfecte uirtutis. nisi hoc bene faciat id est secundum electionem rectam quod est per prudentiam. & ideo iustitia sine prudentia non potest esse uirtus perfecta. Sic igitur fides & spes sine caritate possunt quidem aliquantulum esse. perfecte autem uirtutis rationem sine caritate non habent. Cum enim fidei opus sit credere deo. credere autem sit aliquem propria uoluntate assentire. si non debito modo uelit non erit fidei opus perfecte. quod autem debito modo uelit hoc est per caritatem que perficit uoluntatem. Omnis enim rectus motus uoluntatis ex recto amore procedit. ut Augustinus dicit. xiiii. de ci. dei. Sic igitur fides est quod sine caritate. sed non perfecta uirtus. sicut temperantia uel fortitudo siue prudentia. & similiter dicendum est de spe. nam actus spei est expectare futuram beatitudinem a deo. qui quidem actus perfectus est si fiat ex meritis que quis habet. quod non potest esse sine caritate. si autem hoc expectat ex meritis que nondum habet sed proponit in

futurum acquirere erit actus imperfectus. & hoc potest esse sine caritate. & ideo fides & spes possunt esse sine caritate. proprie loquendo uirtutes non sunt. nam ad rationem uirtutis pertinet ut non solum secundum ipsam aliquid bonum operetur. sed etiam bene. ut dicitur in .ii. ethi. **C**Ad quintum scilicet utrum caritas possit haberi sine fide & spe. dicendum quod caritas non solum significat amorem dei. sed etiam amicitiam quandam ad ipsum. que quidem super amorem addit mutuam redamationem cum quadam mutua communicatione. ut dicitur in .viii. ethi. Et quod hoc ad caritatem pertineat patet per illud quod dicitur .i. iob. .iiii. Qui manet in caritate in deo manet & deus in eo. & .i. ad cor. .i. dicitur. Fidelis deus pro quem uocati estis in societatem filii eius. Hec autem societas hominis ad deum & quedam familiaris conuersatio cum ipso inchoatur quidem hic in presenti per gratiam. perficitur autem in futuro in gloria. quorum utrumque fide & spe tenetur. unde sicut aliquis non posset cum aliquo amicitiam habere si discrederet uel desperaret se posse habere aliquam societatem uel familiarem conuersationem cum ipso. ita aliquis non potest habere amicitiam ad deum que est caritas nisi fidem habeat per quam credat huiusmodi societatem & conuersationem hominis cum deo. & speret se ad hanc societatem pertinere. & sic caritas sine fide & spe nullo modo esse potest.

DE EQUALITATE VIRTUTUM. DISTINCTIO. VNDECIMA.

QUO circa undecimum scilicet de qualitate uirtutum querunt sex. Primo utrum uirtus possit esse maior uel minor. Secundo utrum omnes uirtutes in eodem existentes sint equales. Tertio de comparatione uirtutum moralium ad intellectuales. Quarto de comparatione uirtutum moralium ad inuicem. Quinto de comparatione uirtutum intellectualium ad inuicem. Sexto de comparatione uirtutum theologiarum ad inuicem. **C**Ad primum scilicet utrum uirtus possit esse maior uel minor. dicendum quod cum queritur utrum una uirtus sit maior alia. dupliciter intelligi questio potest. Vno modo in uirtutibus specie differetibus. & sic manifestum est quod una uirtus est alia maior. semper enim causa est potentior suo effectui. & in effectibus tanto aliquid est potentius. quanto est cause propinquius. Manifestum est autem ex dictis quod causa & radix humani boni est ratio. Et ideo prudentia que perficit rationem profertur in bonitate aliis uirtutibus moralibus proficientibus uim appetitiuam in quantum precipat ratione. & in hiis etiam tanto est una altera melior & maior. quanto magis ad rationem accedit. unde et iustitia que est in uoluntate preferitur aliis uirtutibus moralibus. & fortitudo que est in irascibili profertur temperantie que est in concupiscibili. que minus precipat ratione. ut patet in .vii. ethi. Alio modo potest intelligi in uirtute eiusdem speciei. & sic secundum ea que supra dicta sunt cum de interioribus habitibus ageretur. uirtus dupliciter potest dici maior & minor. uno modo secundum seipsam. alio

modo ex parte participantis subiecti. **S**i igitur secundum seipsam consideretur. magnitudo uel puritas eius attenditur secundum ea ad que se extendit. quod cumque autem habet aliquam uirtutem. puta temperantiam habet ipsam quantum ad omnia ad que se temperantia extendit. quod de scientia ex arte non conuenit. Non enim quicumque est grammaticus scit omnia que ad grammaticam pertinent. Et secundum hoc bene dixerunt stoici. ut simpliciter dicitur in commento predicamentorum quod uirtus non recipit magis & minus sicut scientia uel ars. eo quod ratio uirtutis consistit in maximo. **S**i uero consideretur uirtus ex parte subiecti participantis. sic contingit uirtutem esse maiorem uel minorem siue secundum diuersa tempora in eodem siue in diuersis hominibus. quia ad attingendum medium uirtutis quod est secundum rationem rectam unum est melioris dispositionis quam alius uel propter maiorem assuetudinem. uel propter meliorem dispositionem nature. uel propter perspicacius iudicium rationis. aut etiam propter maius gratie donum quod unicuique donatur secundum mensuram donationis christi. ut dicitur ad ephesios .iiii. Et in hoc de fidebant stoici estimantes nullum esse uirtuosum dicendum. nisi qui fuerit summe dispositus ad uirtutem. non enim exigitur ad rationem uirtutis quod attingat recte rationis medium in indiuisibili sicut stoici putabant. sed sufficit prope medium esse ut dicitur in .ii. ethi. Idem etiam indiuisibile signum unus promptius attingit quam alius. sicut etiam patet in sagittatoribus trahentibus ad certum signum. **C**Ad secundum scilicet utrum omnes uirtutes in uno & eodem sint equales. dicendum quod quantitas uirtutum sicut ex dictis patet. potest attendi dupliciter. Vno modo secundum rationem spei. & sic non est dubium quod una uirtus unius hominis est maior quam alia. sicut caritas fide & spes. Alio modo potest attendi secundum participationem subiecti patet scilicet intenditur uel remittitur in subiecto. & secundum hoc omnes uirtutes unius hominis sunt equales quodam equalitate proportionis. in quantum. scilicet equaliter crescunt in homine. sicut digiti manus sunt in eadem secundum quantitatem. sed sunt equales secundum proportionem. cum proportionaliter augeantur. huius autem equalitatis oportet eodem modo rationem accipere sicut & connexionis. Equalitas enim est quoddam connexio uirtutum secundum quantitatem. Dictum est supra quod ratio connexionis uirtutum potest dupliciter assignari. Vno modo secundum intellectum eorum qui intelligunt per has quattuor uirtutes quattuor generales conditiones uirtutum. quarum una simul inuenitur cum aliis in quacumque materia. Et similiter uirtus in quacumque materia non potest equalis dici nisi habeat omnes istas equales conditiones. Et hanc rationem equalitatis uirtutum assignat Augustinus in .vi. de trinitate. dicens. Si dixeris equales esse istos fortitudinem. sed illum patrare prudentiam. sequitur quod huius fortitudo unius prudentis sit. ac per hoc nec fortitudo equalis sunt. quoniam est illius fortitudo prudentior. atque ita de ceteris uirtutibus inuenies. si omnes eadem consideratione percurras. Alio modo assignata est ratio connexionis uirtutum

secundum eos qui intelligunt huiusmodi virtutes habere materias determinatas. & secundum hec ratio conexio virtutum moralium accipitur ex parte prudentie. & ex parte caritatis quantum ad virtutes infusas. non autem ex parte inclinationis que est ex parte subiecti. ut supra dictum est. Sic igitur & ratio equalitatis virtutum potest accipi ex parte prudentie. quantum ad id quod est formale in omnibus virtutibus moralibus. existente enim ratione equaliter perfecta in uno & eodem oportet quod proportionaliter secundum rationem rectam medium constituatur in qualibet materia virtutum. Quantum vero ad id quod est materiale in virtutibus moralibus scilicet inclinationem ipsam ad actum virtutis potest esse unus homo magis promptus ad actum unius virtutis quam ad actum alterius. uel ex natura uel consuetudine. uel etiam ex dono gratie. Ad tertium scilicet utrum virtutes morales premineant intellectualibus. dicendum quod aliquid potest dici maius uel minus dupliciter. uno modo simpliciter. alio modo secundum quid. nihil enim prohibet aliquid esse melius simpliciter ut pharisaeis dicitur. quod tamen non est melius secundum quid id est necessitate patienti. Simpliciter autem consideratur unumquodque quantum consideratur secundum proportionem suam ad rationem suam. habet autem virtus speciem ex obiecto. ut ex dictis patet. Unde simpliciter loquendo illa virtus nobilior est que habet nobilius obiectum. Manifestum est autem quod obiectum rationis est nobilior quam obiectum appetitus. Ratio enim apprehendit aliquid in uniuersali. sed appetitus tendit in res que habent esse particulare. unde simpliciter loquendo virtutes intellectuales que perficiunt rationem sunt nobiliores quam morales que perficiunt appetitum. Sed si consideretur virtus in ordine ad actum. sic virtus moralis que perficit appetitum. cuius est mouere alias potestatis ad actum. ut supra dictum est. nobilior est. & quia virtus dicitur ex eo quod est principium alicuius actus cum sit perfectio potentie. sequitur etiam quod ratio virtutis magis cooperatur virtutibus moralibus quam virtutibus intellectualibus. quoniam virtutes intellectuales sunt nobiliores habitus simpliciter. Ad quartum scilicet de comparatione virtutum moralium ad invicem. dicendum quod virtus aliquam secundum suam speciem potest dici maior uel minor. uel simpliciter uel secundum quid. Simpliciter quidem dicitur virtus maior secundum quod in ea maius bonum rationis relucet. ut supra dictum est. & secundum hoc iustitia inter omnes virtutes morales precellit tanquam propinquior rationi. quod patet ex subiecto & ex obiecto. Ex subiecto quidem quia est in uoluntate sicut in subiecto. voluntas autem est appetitus rationis. ut ex dictis patet. secundum autem obiectum siue materiam. quia est circa operationes quibus homo ordinatur non solum in seipso sed etiam ad alterum. unde iustitia est preclarissima uirtutum. ut dicitur in v. ethi. Inter alias autem virtutes morales que sunt circa passiones tanto in unaquamque magis relucet rationis bonum. quanto circa maiora appetituum motus subditur rationi

Maximum autem in hiis que ad hominem pertinent est uita a qua omnia alia dependunt. Et ideo fortitudo que appetituum motum subdit rationi in hiis que ad mortem & uitam pertinent. primum locum tenet inter uirtutes morales que sunt circa passiones. tamen ordinatur infra iustitiam. Unde philosophus dicit in primo rethorice. quod necesse est maximas esse uirtutes que sunt aliis honoratissime. Siquidem est uirtus potentia benefactiua propter hoc fortes & iustos maxime honorant. hec quidem enim in bello scilicet fortitudo. hec autem scilicet iustitia in bello & in pace utilis est. Post fortitudinem autem ordinatur temperantia que subicitur rationi appetituum circa ea que immediate ordinantur ad uitam. uel in eodem secundum numerum uel in eodem secundum speciem scilicet in cibis & ueneris. & sic istae tres uirtutes simul cum prudentia dicuntur esse principales. etiam dignitate. secundum quid autem dicitur aliqua uirtus esse maior secundum quod administrum uel ornamentum prebet principali uirtuti. sicut substantia est similiter dignior accedere. aliquid tamen accidens est secundum quid dignius substantia. in quantum perficit subiectum in aliquo esse accidentali. Ad quintum scilicet de comparatione uirtutum intellectualium ad invicem. dicendum quod sicut dictum est magnitudo uirtutis secundum suam speciem consideratur ex obiecto. obiectum autem sapientie precellit inter obiecta omnium uirtutum intellectualium. Consideratur enim causam altissimam que deus est. ut dicitur in principio metha. & quia pro causam iudicatur de effectu. & per causam superiorum de causis inferioribus. Inde est quod sapientia habet iudicium de omnibus aliis uirtutibus intellectualibus. & eius est ordinare omnes. & ipsa est quasi architectonica respectu omnium. Ad sextum scilicet de comparatione uirtutum theologiarum. dicendum quod sicut dictum est magnitudo uirtutis secundum suam speciem consideratur ex obiecto. Cum autem tres uirtutes theologice respiciant deum sic proprium obiectum non potest una earum dici maior altera. ex eo quod sit circa maius obiectum. sed quia una se habet propinquius ad obiectum quam alia & hoc modo caritas est maior aliis. Nam alie impoerant in sui ratione quandam distantiam ex obiecto. est enim fides de non uisus. spes autem de non habitis. sed amor caritatis est de eo quod iam habet. est enim amatum quodammodo in amante. et etiam amans pro affectu trahit ad unionem amati. propter quod dicitur. i. ioh. iiii. qui manet in caritate in deo manet & deus in eo.

DE MEDIO VIRTUTVM.
DISTINCTIO. DVODECIMA.

Quia duodecimum principale scilicet de medio uirtutum queruntur quattuor. Primum utrum uirtutes sint in medio. Secundum utrum medium uirtutis sit medium rei uel rationis. Tertium utrum uirtutes intellectuales consistant in medio. Quarto utrum uirtutes theologice consistant in medio. Ad primum scilicet utrum uirtus moralis consistat in medio. dicendum quod sicut ex supra dictis patet. uirtus de sui ratione ordinat hominem ad bonum. moralis

autem virtus proprie est perfectiva appetitive partis anime circa aliquam determinatam materiam. Mensura autem & regula appetitivum motum circa appetibilia est ipsa ratio. bonum autem cuiuslibet mensuratum & regulatum consistit in hoc quod conformetur sue regule. sicut bonum in artificiatum est ut consequatur regulam artis. malum autem per consequens in homini est per hoc quod aliquid discordat a sua regula vel mensura. Quod quidem contingit vel per hoc quod superexcedit mensuram. vel per hoc quod deficit ab ea. sicut manifeste apparet in omnibus mensuratis & regulatis. & ideo patet quod bonum virtutis moralis consistit in adequatione ad mensuram rationis. Manifestum est autem quod inter excessum & defectum medium est equalitas siue conformitas. unde manifeste apparet quod moralis virtus in medio consistit. **A**d secundum scilicet utrum medium virtutis moralis sit medium rei vel rationis. dicendum quod medium rationis dupliciter potest intelligi. Vno modo secundum quod medium in ipso actu rationis existit quasi ipse actus rationis ad medium reducatur. & sic virtus moralis non perficit actum rationis. sed actum virtutis appetitive. & isto modo medium virtutis moralis non est medium rationis. Alio modo potest dici medium rationis. id quod a ratione ponitur in aliqua materia. & sic omne medium virtutis moralis est medium rationis. quia sicut dictum est virtus moralis consistere dicitur in medio per conformitatem ad rationem rectam. Sed quando contingit quod medium rationis est etiam medium rei. & tunc oportet quod virtutis moralis medium sit medium rei. sicut est in iustitia. Quandoque autem medium rationis non est medium rei. sed accipitur per comparationem ad nos. & sic est medium in omnibus aliis virtutibus moralibus. Cuius ratio est. quia iustitia est circa operationes que consistunt in rebus exterioribus in quibus rectum institui debet simpliciter & secundum se. ut supra dictum est. Et ideo medium rationis in iustitia est idem cum medio rei. quantum scilicet iustitia dat unicuique quod debet. et non plus nec minus. Alie vero virtutes morales consistunt circa passiones interiores in quibus non potest rectum constitui eodem modo. propter hoc quod homines diversimode se habent ad passiones. & ideo oportet quod rectitudo rationis in passionibus instituat per respectum ad nos qui afficimur secundum passiones. **A**d tertium scilicet utrum virtutes intellectuales consistant in medio. dicendum quod bonum alicuius rei consistit in medio secundum quod conformatur regule vel mensure quam contingit transcendere et ab ea deficere ut dictum est. virtus autem intellectualis ordinatur ad bonum sicut & moralis. ut supra dictum est. Unde secundum quod bonum virtutis intellectualis se habet ad mensuram. sic se habet ad rationem medium. bonum autem virtutis intellectualis est verum. speculative quidem virtutis verum absolute. ut in vi. ethi. dicitur. practice autem virtutis verum secundum conformitatem ad appetitum rectum. Verum autem intellectus nostri absolute consideratur est sicut mensuratum a re. Res enim est mensura intel-

Ad sextū scz utrū obiectū fidei possit esse aliquid opinatū. dicunt quidā qz duplex ē opinio. vna est acceptio unius pris cū formidie alterius. alia quecunqz cōceptio ex p̄babili ratione causata. prima i eodē intellectu et respectu eiusdē obiecti n̄ potest sil̄ stare cum fide. quia credēs p̄ fidē adheret unī pri. sine alterius partis formidie. sed secūda opinio potest siml̄ stare cum fide. quia ad ea q̄ fidei sūt possunt rationes p̄bables haberi. **S**ed cōtra hoc argunt aliqui sic. opinās inquantū opinās nō ē certus de ueritate quā opinat. quia inquantū opinās ratōi p̄babili inicitē que nō facit certitudinē. qui autē nō est certus de aliqua re uel ueritate. de illa dubitat. & qui de una pte dubitat formidat ne ps opposita uera sit. ergo omnis opinio est acceptio pris unius cū formidie pris alteri⁹. Huic etiā cōcordat. Bern. v. de conside. caplo. vi. dicens. qz opinio falli potest. & qz opinio ambiguū habet. Et h̄m sentē tiam phi primo posteriorz. de ratōe opinionis ē qz ille qui opinat estimet rem posse aliter se habere. Et ideo mihi uideēt dicendū. qz quis respectu diuersoz obiectoz possit simul esse in eodē intellectu fides & opinio & in diuersis intellectibus respectu eiusdē obiecti. & in eodez intellectu tēporibus diuersis. tñ in eodē intellectu respectu eiusdē obiecti. & secundū idē n̄ possunt simul esse actus opinandi & actus credendi. quia de ratōe actus credendi est assentire ueritati credite sine alterius pris formidie. Quia sicut dicit Bern. v. de conside. ca. vi. Fides ambiguū non habet. aut si habet fides nō est. vnde credēs ita determinate assentit ueritati credite. qz tenet hoc ip̄sibile aliter se habere per primā cōparatōem ad primā ueritatem cui inicitur. De ratione autē opinionis ē qz ille qui opinat rei opinat assentiat cum alterius pris formidie. ut superius ostēsum ē. nō est autē possibile qz idem intellectus eidē ueritati assentiat cum formidie & sine formidie simul.

Ad septimū scz utrū credibilia debeant distinguī per certos articulos. dicendū qz nomē articuli ex greco uideēt esse diriuatuz. archion em̄ in greco qd̄ articulus dicit i latino signat quādā coaptationē aliquarū partiū distinctarum. et ideo p̄cule corpis sibi inuicē coaptate dicunt membrorū articuli. & simiiliter in gr̄matica apud grecos dicunt articuli quedā p̄tesorationis coaptate aliis dictionibus ad exprimendū earum genus. numerū. ul̄ casuz. &

Similiter in rhetorica articuli dicuntur quedam partium coaptationes. Dicit enim tullius in ii. libro rhetorice quod articulus dicitur cum singula uerba interuallis distinguuntur cetera oratione. Verbi gratia Acrimonia uoce uultu aduersarios perterriti. unde & credibilia fidei christiane dicuntur per articulos distinguuntur in quantum in quaedam partes diuiduntur habentes aliquas coaptationes ad uicem. Est autem obiectum fidei aliquid non uisum circa diuina. ut supra dictum est. & ideo ubi occurrerit aliquid speciali ratione non uisum. est ibi specialis articulus. ubi autem multa secundum eandem rationem sunt cognita uel incognita. ibi non sunt articuli distinguendi. sicut alia difficultatem habet ad uidentium quod deus sit passus. & alia quod mortuus resurrexit. Et ideo distinguuntur articulus resurrectionis ab articulo passionis. sed quod sit mortuus. passus. & sepultus. unam & eandem difficultatem habet. ita quod uno suscepto non est difficile alia suscipere. & propter hoc omnia hec pertinent ad unum articulum. Sciendum est quod aliqua sunt credibilia de quibus est fides secundum se aliqua uero sunt credibilia de quibus non est fides secundum se. sed solum in ordine ad alia. Sicut etiam in aliis scientiis quedam proponuntur ut per se intentata. & quedam ad manifestationem aliorum. quia uero fides principaliter est de hiis que uidentur spectantur in patria secundum illud hebr. xi. Fides est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium. Ideo per se ad fidem pertinet illa que directe nos ordinant ad uitam eternam. sicut sunt effectus persone. omnipotentia dei. misterium incarnationis christi. & talia huiusmodi. Et secundum hoc distinguuntur articuli fidei. Quedam uero proponuntur in scriptura ut credenda. non quasi principaliter intentata. sed ad predictorum manifestationem. sicut quod abraham habuit duos filios. quod ad tactum ossium helysei suscitatus est mortuus. & alia huiusmodi que narrantur in sacra scriptura in ordine ad manifestationem diuine maiestatis uel incarnationis christi. & secundum talia huiusmodi non oportet articulos distinguere. Item nota quod non distinguuntur articuli secundum materialem distinctionem credibilium. quod quasi in infinitum fieri possit. sed secundum rationem formalem obiecti. Sed formalis ratio obiecti potest accipi dupliciter. Vno modo ex parte ipsius rei credite. & sic ratio formalis omnium credibilium est una scilicet ueritas prima. & ex hac parte articuli non distinguuntur. Alio modo potest accipi ratio formalis credibilium ex parte nostra. & sic ratio formalis credibilium est ut sit non uisum. & ex hac parte articuli fidei distinguuntur ut uisum est. Ad octauum scilicet de numero & distinctione articuloz. dicendum quod illa per se pertinent ad fidem quorum uisione in uita eterna perfruemur & per que ducemur in uitam eternam. Duo autem nobis ibi uidentur proponuntur scilicet occultum diuinitatis. cuius uisio nos beatos facit. & misterium humanitatis christi. per quod etiam ad gloriam filioz dei accessum habemus. ut dicitur ro. v. Vnde dicitur ioh. xvii. Hec est uita eterna ut cognoscant te uerum deum unum. & quem misisti in

sum christum. Et ideo prima distinctio credibilium est. quod quedam pertinent ad maiestatem diuinitatis. quedam uero pertinent ad misterium humanitatis christi. quod est pietatis sacramentum. ut dicitur prima ad the. iiii. Circa maiestatem autem diuinitatis tria nobis credenda proponuntur. Primo quidem unitas diuinitatis. & ad hoc pertinet primus articulus. Secundo trinitas personarum. & de hoc sunt tres articuli secundum tres personas. Tertio uero proponuntur nobis opera diuinitatis propria. quorum primum pertinet ad esse nature. & sic proponitur nobis articulus creationis. Secundum uero pertinet ad esse gratie. et sic proponitur nobis sub uno articulo omnia pertinentia ad sanctificationem humanam. Tertium uero pertinet ad esse glorie. & sic ponitur alius articulus de resurrectione carnis & de uita eterna. & ita sunt septem articuli ad diuinitatem pertinentes. Similiter etiam circa humanitatem christi ponuntur septem articuli. quorum primum est de incarnatione siue conceptione christi. Secundus de natiuitate eius ex uirgine. Tertius de passione eius & morte & sepultura. Quartus de descensu ad inferos. Quintus de resurrectione. Sextus de ascensione. Septimus de aduentu ad iudicium. & sic in uniuerso sunt quattuordecim. Quidam tamen distinguunt duodecim articulos fidei. sex pertinentes ad diuinitatem. & sex ad humanitatem. Tres enim articulos trium personarum comprehendunt sub uno. quia eadem est cognitio trium personarum. Articulum uero de operatione glorificationis distinguunt in duos scilicet in resurrectionem carnis. & gloriam anime. similiter articulum conceptionis & natiuitatis coniungunt in unum. Sciendum autem quod patris & filii & spiritus sancti est una cognitio quantum ad unitatem essentie que pertinent ad primum articulum. quantum uero ad distinctionem personarum que est per relationes originis. quodammodo in cognitione patris includitur cognitio filii. non enim esset pater si filium non haberet quorum nexus est spiritus sanctus. & quantum ad hoc bene moti sunt qui posuerunt unum articulum trium personarum. sed quia circa singulas personas sunt aliqua attendenda circa que contingit esse errorem. Quantum ad hoc de tribus personis possunt poni tres articuli. Arrianus enim credidit patrem omnipotentem & eternum. sed non credidit filium coequalis & consubstantiales patri. & ideo necessarium fuit apponere articulum de persona filii ad hoc determinandum. Et eadem ratione contra macedonium necesse fuit ponere articulum tertium de persona spiritus sancti. et similiter etiam conceptio christi & natiuitas & etiam resurrectio & uita eterna. secundum unam rationem possunt comprehendendi sub uno articulo in quantum ad unum ordinantur. & secundum aliam rationem possunt distinguuntur in quantum seorsum habent speciales difficultates. Ad nonum scilicet uerum in symbolo apostolorum sufficienter continentur omnia que necessarium est credere ad salutem. dicendum quod eorum que necessarium est credere ad salutem quedam sunt de dictamine rationis naturalis. que scilicet potest elicere intellectus per lumen naturale ex principiis que

ultra se offerunt cognitōi. quāvis em̄ respectu
 predictōrum principiōrum non sit actus creden-
 di. ppter eorū euidentiā. tñ respectu occlusionū
 ex illis principiis sequentiū potest esse act⁹ cre-
 dendi in illis. qui eas elicere nesciūt. Quedam
 aut̄ sunt ad que credenda directe. & principa-
 liter dirigit habit⁹ fidei. & ista sunt articuli fi-
 dei. Quedā aut̄ sunt cōsequētia ad illos articu-
 los ut sūt ueritates salutifere que ex illis arti-
 culis possunt pbari. Dicēdū ergo q̄ loquēdo
 de credendis que sunt articuli fidei oīa suffici-
 enter & plene & explicite continent̄ ī symbo-
 lo apostolorū ut ex p̄cedentibus patet. Ad illō
 em̄ symbolū cōponendum uenit uniuersitas
 apostolorū. quib⁹ cōplete reuelatū erat que po-
 nenda erant ī simbolo ad fidei cōplementū.
 & ut haberet maiorē firmitatē singuli posue-
 runt ibi suas pres. **Petrus.** Credo in deū p̄m
 omnipotentē creatōez celi & terre. **Andreas.**
 Et in ihesum christū filiū eius unicū dñm no-
 strū. **Iohes.** Qui conceptus ē de spiritu sancto
 natus ex maria uirgine. **Iacobus maior.** Pas-
 sus sub pontio pylato crucifixus mortu⁹ & se-
 pulc⁹. **Thomas.** Descēdit ad inferna tertiā die
 resurrexit a mortuis. **Iacobus minor.** Ascēdit
 ad celos sedet ad dexterā dei patris oīpotentis
Philippus. Inde uenturus ē iudicare uiuos &
 mortuos. **Bartholomeus.** Credo in spiritū san-
 ctum. **Matheus.** Sanctā ecclesiam catholicā.
Symon cananeus. Sanctōrum cōmunionē re-
 missionē peccatorū. **Iudas thadeus.** Carnis re-
 surrectionē. **Matthias.** Vitam eternāz amen.
Paulus & Barnabas. nihil ibi posuerūt. quia
 electi fuerūt post missionē aploz ad p̄dicandū.
 & symbolū debuit cōstitui ab oībus simul con-
 gregatis in unū. antecedentia aut̄ & cōsequē-
 tia ad articulos ī simbolo nō continent̄ nisi p
 quandā reductionē. **¶** Ad decimū scz de cō-
 parationē symboli apostolorū ad alia duo sym-
 bola. dicēdū q̄ illoz triū unum dicē symbolū
 aploz. aliud symbolū niceni cōcilii. & aliud
 symbolū athanasii. **S**ymbolum apostolorū in
 conclauī ab aplis ante dispersionē eorū fuit cō-
 positū ad ueritatis breuē & necessariā expres-
 sionem. **S**ic em̄ dicē hebr xi. **A**ccedentē oportet
 credere. nō potest aut̄ aliquis credere nisi
 ueritas quā credit pponat̄ eidē. **E**t iō necesse
 fuit ueritatē fidei ī unū colligi ut facilius pos-
 set oīb⁹ pponi. ne aliquis p̄ ignorantiā a fidei
 ueritate deficeret. & ab hmoi collectōe sentēti-
 arū nom̄ symboli est acceptū. **I**n sacra nanqz
 scriptura ueritas fidei diffuse ualde & in ali-
 quibus locis obscure & modis uariis contem-
 tur. ita q̄ ad eliciendū certā fidei ueritatē lon-
 gū studiū & exercitiū requirit̄. ad qd̄ uix pos-
 sunt puenire om̄s illi quibus necessariū ē co-
 gnoscere fidei ueritatē. quoz pleriqz aliis ne-
 gociis occupati studio uacare n̄ possunt. & iō
 fuit expediens ut ex scripture sacre sentētiis.
 summarie collegere aliquid manifestū quod
 pponere oībus ad credendū. **S**ymbolū uo
 nicenū qd̄ dicē imissa fuit factū in cōcilio ad

istius symboli explanatōem. & ad quarundā
 heresum confutatōem. **S**ymbolū aut̄ athana-
 si cōpositum fuit maxime ad cōfutandū he-
 resim arrianam. **V**nde multū fuit athanasii
 sollicitus ibi diligēter exprimere unitatē essen-
 tie cum distmctōne & equalitate psonarū. **I**n
 omnibus ergo symbolis eadem fidei ueritas
 edocet. s; ibi oportet pplm̄ diligentius instrui
 de fidei ueritate ubi insurgūt errozes. ne fides
 simplicius p hereticos corumpat̄. **E**t hec fuit
 causa quare necesse fuit plura condere symbo-
 la. que in nullo alio differūt nisi q̄ ī uno ple-
 nius explicant̄ que in alio iplicite continent̄.
Sim q̄ hereticoz instātia requirebat. **I**nter oīa
 aut̄ symbolū apostolorū ē principalis. & dicē
 esse maius. nō qz plus cōtineat in quantitate
 scripture. sed quia articulos fidei cōtinet pleni-
 us. **O**mnes em̄ articuli cōtinent̄ in eo. & quia
 de sentētia plus cōtinet in uirtute. & quia cō-
 ditū fuit ab aplis qui maiores fuerūt auctozit-
 atē qz patres illi qui nicenū symbolū condide-
 runt. & qz athanasius qui tertium symbolū
 cōposuit. quia aut̄ symbolū apostolorū fuit cō-
 ditū tēpore ueritatis nondū publicate. ideo s; b
 misse dicē. **I**n prima tñ & cōpletorio dicē ad
 signandū confessionē fidei maxime fuisse ne-
 cessariū ī primitiua ecclesia. & fore necessariū
 in tēporibus ultimis & adsignandū confessionē
 fidei in baptismo & ī morte & ī p̄speritate. et
 in aduersitate. **S**ymbolū aut̄ niceni cōcilii fa-
 ctū fuit tēpore ueritatis p̄pate. & ideo alta
 uoce dicē & imissa ī diebus sollemnibus post
 euangeliū & ante cōmunionē. quia tractus est
 de euangelio. & est p̄paratio ad cōmunionē.
Symbolū aut̄ athanasii conditū fuit tēpore ue-
 ritatis p̄pate cōcuffe & p̄ualentis. ideo dici-
 tur alta uoce post noctē finitam ī prima hora
 diei. **I**sta aut̄ p̄dicta symbola. symbola dicunt̄.
 quia multe sententia ī quolibet eorū simul col-
 lecte sunt. vnde dicē symbolū a syn quod est
 simul. & bole quod ē sententia. **E**t sic patet q̄
 symbolū niceni cōcilii & athanasii ex rationa-
 bili causa cōdita sunt. & si insurgeret necessi-
 tas. utpote si insurgerent noue hereses adhuc
 poss; ecclesia facere aliud symbolū ut trahi po-
 test ex sentētia anselmi in libro de p̄essione
 spiritū sancti bene ante finē. **S**z nulli alii nisi
 romane ecclesie hoc licet ad quā cause maiorē
 uniuersalis ecclesie referende sunt. vnde ad
 ipsam causā solā p̄inet cōgregatō generaliū
 cōcilioz. ut habet̄ d. xvii. generalia. et maxime
 ad ipsam referēda est dubitatio de uia salutis
 si oziret̄. ut habet̄ e. d. c. nec licuit. **¶** Ad vnde
 cimū scz cuius sit symbolū fidei condere. di-
 cēdū q̄ noua editio symboli necessaria est ad
 uitandū errozes insurgētes. ad illius ergo au-
 ctozitatem p̄inet editio symboli ad cuius au-
 ctozitatē p̄inet sentētiālic determinare ea que
 sunt fidei ut ab omnibus incōcuffa fide tene-
 ant̄. hoc aut̄ p̄inet ad auctozitatē summī pō-
 tificis ad quez maiores & difficiliozes ecclesie
 questiones referunt̄. ut dicē in dec. d. xliii. vñ

& dñs Luce .xxiii. Petro dixit quē summum pontificem cōstituit. Ego pro te rogavi petre ut non deficiet fides tua. & tu aliquādo cōuersus cōfirma fratres tuos. Et huius ratio est. quia una fides debet esse totius ecclesie. secundū illud .i. cor. .i. Idipsum dicatis om̄s et non sint in uobis scismata. quod seruari nō posset nisi questio fidei de fide exorta determinaretur per eum qui toti ecclesie p̄est. ut sic eius sententiā firmit teneat. Et ideo ad solā auctoritatē summi pontificis p̄tinet noua editio symboli. sicut et omnia alia que p̄tinent ad totā ecclie vnitatē. ut cōgregare synodū generalē. et alia h̄mōi. Illa ergo anathematis sententiā que in gestis prime ephesine synodi continet sc̄z quod perlecto symbolo nicene synodi. decreuit sancta synodus. nulli licere aliā fidem cōscribere. cōponere. uel p̄ferre. p̄ter diffinitū a sanctis patribus qui in nicena synodo congregati sunt a spiritu sancto. et s̄b dñi ibi anathematis pena. Et idē etiā reiterat in gestis synodi calcedonensis. S̄z huiusmōi p̄hibitio uel sententiā ad p̄uatas em̄ p̄sonas se extendit quarū nō est determinare de fide. n̄ em̄ p̄ h̄mōi sententiā ablata ē potestas sequenti synodo nouā edictōm symboli facere. non quidē fidem aliā continentē. sed eandem magis expositam. Synodus em̄ quelibet hoc seruauit ut sequēs synodus aliquid exponeret supra id quod p̄cedens exposuerat. et hoc propter necessitatē alicuius heresis insurgētis. Ad summū ergo pontificē p̄tinet cuius auctoritate synodus cōgregat̄ et eius sententiā confirmat̄. Intelligendū est igit̄ quod athanasius qui n̄ fuit summus p̄t̄fex. sed alexandrinus patriarcha non cōposuit manifestatōm fidei p̄ modum symboli. sed magis p̄ modū cuiusdam doctrine. sicut satis apparet ex ipso modo loquendi. Sed quia integrā fidei ueritatē eius doctrina breuiter continebat. auctoritate summi pontificis est recepta ut quasi regula fidei habeat̄.

Ad duodecimū sc̄z utrū oībus qui christi p̄cesserunt aduentū fuit necessariū ad salutē credere mediatorē. dicendū quod necessariū fuit ad salutē ante aduentū xp̄i credere mediatorē implicite uel explicitē. & subuelamē uel sine. Ad hoc em̄ quod hoīes essent digni salute eterna necessariū erat eis ut illam modo debito intēderent ad quod necessariū erat ut eam modo debito desiderarēt & sperarent que p̄supponebant. ut illam salutē in se & se posse ad illā p̄tingere debito modo cognoscerēt. quod esse nō poterat. nisi de uia p̄tingendi ad illā salutē aliq̄ cognitōem haberent. nullus em̄ cognoscit se puenire ad aliquē terminū nisi habēs aliq̄ cognitōem in generali uel in speciali de uia p̄tingendi ad illum terminū. ergo necessarium ad salutē fuit illis qui aduentū xp̄i p̄cesserunt. ut cognoscerēt in generali uel in speciali uiam p̄tingendi ad eternā salutē. Cum autē illā salutē cognoscerēt esse supnaturalē oportebat ut cognoscerēt se nō posse p̄ illam p̄tingere uia naturali t̄m. sed uia supnaturali generi humano

a deo p̄uisa. & quia deus p̄uiderat electos saluandos p̄ mediatorē. quapropter dixit saluator Job .xiii. Ego sum uia. sequit̄. quod necessarium fuit ad salutē eis credere mediatorē saltē implicite. & quia illa cognitio non erat clara. nec respectu rei p̄sentis. sed erat enigmatica. sequit̄ quod oportebat quod illa cognitio esset per fidem. **P**rererea sicut dicit hugo primo libro de sacramētis pre .x. ca. .v. Semp̄ in ecclesia dei ab initio fuit fides & cognitio incarnatōis & passionis christi qui ab initio nunq̄ defuerunt qui hoc cognouerunt. & hoc patet quia semper fuerunt aliqui qui deo sacrificia offerebant christum signantia & ipsi passionē. Illis autē per reuelatōem deus iusserat. ut alios de uia salutis p̄ illa sacrificia & aliquibus modis aliis sub quodā uelamine instruerēt quousq̄ p̄ mediatorē uia salutis absq̄ uelamine ostēderēt. Illi autē uiri tante erant p̄fectionis. & tantā cum deo familiaritatē habentes. et tanta p̄ eis deus faciebat. sicut patuit in noe & moyse & pluribus aliis. quod alii concurrente supnaturali illustratōe iteriozi quā habebat quilibet cuius intellectū nō uelabat malitia uolūtatis. tenebant eis de uia salutis credere. & eorū sacrificia a deo instituta esse. ad signandū uiam salutis a deo p̄uisam. Certū est autē quod illi maiores quibus hoc deus reuelauerat tenebant habere fidem de mediatorē nō uelatā. Alii autē in hoc quod tenebant maioribus assentire tenebant saltē ad fidem uelatā. ergo omnibus fidelibus qui aduentū christi p̄cesserunt necessariū fuit credere mediatorē cū uelamine uel sine. uel explicitē uel implicite. unde Aug⁹. in encheri dion ca. penult. dixit. quod nec antiquorū quicūq̄ iustorū p̄ter xp̄i fidem salutē potuit inuenire. Item in epistola ad op̄at̄. Illa fides sana est qua credimus nullus hoīem siue maioris siue paruule & recētis etatis liberari ab obligatōe mortis antique & cōtagione peccati quod prima natiuitate cōtraxit. nisi p̄ unum mediatorē dei & hominū. hoīem ihesum christū.

Ad decimūtertium sc̄z utrū omnibus qui xp̄i p̄cesserunt aduentū necessariū fuit ad salutē explicitē credere mediatorē. dicendū quod eorū qui aduentū xp̄i p̄cesserunt quidam sunt sub lege scripta. quidam sub lege nature n̄ sub lege scripta. & istorū quidam fuerunt uiri eminentis p̄fectōis quibus reuelata erāt explicitē multa uel omnia de mediatorē credēda. & hii tenebant ad habendū de mediatorē fidem explicitā. secundū mensurā & modum reuelatōis sibi facte. alii autē ad habendū fidē explicitam de mediatorē. non tenebant. s̄z sufficiebat eis credere quod in p̄cedentibus dictum est. Similiter hii qui fuerunt sub lege scripta. quidam fuerunt uiri p̄fectōis eminentis quibus reuelata erant explicitē multa uel omnia de mediatorē credēda. & hii ad fidē explicitā de mediatorē tenebant s̄m modū reuelatōis sibi facte. Alii autē non tenebant ad credendū explicitē aliqd de mediatorē. nisi hoc quod deus mittēs p̄sonā mediatoris & redēptōis. sed utrū esset

angelus. ul' homo purus. ul' deus & homo. credere explicitè nō tenebant. Et hiis expressè cōcordat hugo primo li. de sac. pre. x. c. v. dicēs. Ante legem deus creator credebatur. & ab eo salus & redēptio expectabatur. p. quē uero & quō eadē salus iplenda ac p̄ficienda foret exceptis paucis quib⁹ singularit̄ hoc scire ī munere datum erat. a ceteris etiā fidelibus nō cognoscebat. Sub lege autē p̄sona redēptoris mittēda p̄ dicabatur & uentura expectabatur. que autē ipsa p̄sona foret. hoc est homo ul' angelus. ul' de⁹. nondū manifestabatur. soli hoc cognouerūt qui per spiritum sanctū singularit̄ ad hoc illuminati fuerūt. Si autē inueniantur aliquę auctoritates Augustini ul' aliorū doctoz que uideantur sonare q̄ fideles qui p̄cesserūt xp̄i aduentū distinctiul' & magis ī speciali tenerent credē mediatozem q̄ dictū est. exponi possunt. fm̄ sententiā hug. primo libro de sacramētis parte .x. ca. vi. ubi dicit hoc modo. Sano intellectu dici potest om̄es ab initio iustos saluatoris fidem habuisse. & om̄s ī fide redēptoris uēture iustificatos fuisse. quia eandē redēptioem ul' uenturā cognouerūt ul' cognoscentib⁹ & credentibus crediderūt. & cum hac fide sacramēta ipsius redēptoris que ab initio instituta sunt ad sanctificatiōem susceperūt. & ī ipsis iam redēptioem suā quasi ī umbra & figura portauerūt. **A**d decimū quartū scz utrū omnibus qui secuti sunt aduentū ch̄risti necessarium fuerit ad salutē credere explicitè om̄es articulos fidei. dicendū q̄ illoz qui aduentū ch̄risti secuti sunt quidā sunt maiores quibus ul' ratione officii ut doctozibus ul' ratione ministerii. ut p̄dicatozibus. ul' ratione gradus dignitatis. ut p̄latib⁹ ul' alicuius specialis interioris illuminationis ut p̄phetis incumbit nō tm̄ dare op̄a ut seip̄os disponāt ad hoc ut p̄ducant ī finē. q̄zuis ad hoc p̄ncipaliter teneant. sed etiā icūbit eis dare op̄a quantū ī eis est. ut alii p̄ducantur ī finem. Alii sunt minores ad quos de lege cōmuni mediātibus maioribus a deo doctrina fidei deriuata est. & sic uidem⁹ q̄ quia diuine illuminationes deriuantur ad angelos inferiores mediātib⁹ superioribus. oportet q̄ superiores de rebus diuinis habeant notitiaz pleniozē. **A**similī dico aliquāliter q̄ oportet superiores ī ecclesia habere notitiā de fide pleniozem q̄ inferiores. unde superiores p̄dictos credo teneri ad credendū om̄s articulos fidei explicitè. q̄zuis n̄ teneat quilibet eoz credere numerum uel artificialē distinctiōem eoz. **M**inores uero & si teneat explicitè credē aliquos articulos qui magis sunt necessarii ad dirigendum ī finē. & qui ī ecclesia sollemnizant cōmuniter & publice. ut sunt articuli p̄mentes ad p̄sonas. & articulus p̄mens ad unitatē essentie. & xp̄i natiuitas. passio. resurrectio. ascētio. aduentus ad iudiciū. nō tm̄ tenent ad credendū om̄s articulos explicitè. **S**i autē sunt uel essent aliqui quibus nō est ch̄ristus locutus nec p̄ se nec p̄ ap̄los nec p̄ p̄dicatozes aliquos.

nec eis reuelauerit p̄ aliquā interiorē inspiratiōem quid credendū. tales nō tenerent ad credendū explicitè. nisi illud quod credebatur sub lege nature. unde de iudeis dicit saluator Iob .xv. **S**i nō uenissē & locutus eis nō fuisset. p̄ctm̄ non haberēt. scz de hoc q̄ nō credebant in eum. secundū glosam ibidē. **A**d decimū quintū scz utrū eadem sit fides modernoz et eoz qui fuerūt ante xp̄i aduentū. dicendū q̄ fides potest accipi uel p̄ hiis q̄ credunt. uel p̄ habitu quo credunt. ul' p̄ actu credendi. **P**rimo modo loquēdo de fide. eadē fides fuit fm̄ numerū fidelium qui aduentū xp̄i p̄cesserunt. & qui secuti sunt. quia eandē ueritatē ī numero quā illi ip̄licite crediderūt. isti explicitè credunt. **S**ecundo modo & tertio loquēdo de fide dico q̄ eadem fides ī specie ē istoz & illoz. quia eidē rationi formali scz sūme ueritati cui isti ī credendo inicitunt. etiā illi qui aduentū ch̄risti p̄cesserūt innitebant. ueritatē autē habit⁹ secundū speciem attendit ex sui comparatiōe ad formale ratōem sui obiecti. & p̄terea ut iam dictū est ipsa credita sunt eadē. q̄zuis ab illis essent credita ip̄licite. & ab istis explicitè. unde sicut eadē diligunt p̄ eandē caritatem ī specie ab uno ip̄licite ab alio explicitè. p̄ eandē tm̄ rationē formale. sic recte dicit q̄ p̄ eandem fidē ī specie a fidelib⁹ antiquis et modernis eadē sunt credita ab ill' ip̄licite. & ab istis explicitè. per eandē tm̄ ratōem formale. **A**d decimū sextū scz utrū fides creuerit quātū ad numerū credendoz. dicendū q̄ ex dictis ī questione p̄cedēti satis haberi potest q̄ fides nō creuit quantū ad credendoz multitudinē p̄ nouozū articuloz additiōem. sed solū p̄ ip̄licite explicitatiōem. quia q̄ aliquo tempe ip̄licite p̄ponebantur credēda. & ip̄licite credebant. postea p̄cessu tēporis explicitè sunt ad credendū p̄posita & explicitè credita. **A**d decimū septimū scz utrū certioz sit fides modernoz q̄ fuerit antiquoz. dicendū q̄ si fiat cōparatio modernoz ad illos qui aduentū xp̄i p̄cesserūt quātū ad singulares p̄sonas. sic dico q̄ aliquę p̄sonę ante ch̄risti aduentū certius crediderūt credenda q̄z multi qui aduentum ch̄risti sunt secuti. **S**ed si competur cōmunitas ad cōmunitatem credēda certius credita sunt p̄ fidem modernoz. q̄z p̄ illoz fidem qui xp̄i p̄cesserūt aduentū. **C**redere em̄ est intellectui assentire ad imperiū uolūtatis nō uise ueritati. **C**ertioz ergo elicīt actus credēdi. & p̄ uolūtatis īp̄erātis maiorē p̄fectōz. & p̄ habitū caritatis maiorē. & p̄ maiorē intellectus. & p̄ hitū fidei maiorē dēminatōz. & p̄ ueritatis credite maiorē manifestatiōem. **P**ost xp̄i autē aduentū per meritum passionis xp̄i iam exhibite. & p̄ plures intercessiones sanctoz caritas abundatius īfundit uolūtati & fides intellectui. **V**eritatē etiam credita magis est manifestata p̄ ueritatis articuloz aliquoz ad impletōem. per quā alii articuli p̄bari possunt a nobis efficacit̄ et p̄p̄ ch̄risti & ap̄stoloz & doctoz doctrinā

per quam scriptura sacra patet apertius & credibilia intellectui representantur distinctius & ordinatius & expressius. & etiā propter testiū ydoneorum multiplicatōem. secundū apostolum ad heb. xii. unde Ricardus primo libro de trinitate. ii. Vtinam attenderēt iudei. vtinam aduenterent pagani cū quanta cōscientie securitate pro hac parte ad diuinū iudiciū poterimus accedere. nōne cū omni cōfidentia deo dicere poterimus dñe si error est a te ipso decepti sumus. Nam ista in nobis tantis signis & prodigiis cōfirmata sunt & talibus q̄ non nisi per te fieri possunt. certe a summe sanctitatis uiris sunt nobis tradita. & cum summa & autentica attestatōe probata te ipso cooperante. & sermonē cōfirmate sequētibus signis.

DE ACTU FIDEI. DIS. XV.

Quoniam secundū principale scilicet de actu fidei. considerandus est. Primo de actu eius interiori qui est credere. Secundo de actu exteriori. Circa primū consideranda sunt nouē. Primo quid sit credere et quot modis dicatur. Secundo utrum credere aliquid supra rationem naturalem sit necessarium ad salutem. Tertio utrum credere illa ad que ratio naturalis peruenire potest sit necessarium. Quarto utrum sit necessarium ad salutem explicite aliqua credere. Quinto utrum ad credendum explicite omnes equaliter teneantur. Sexto utrum explicite credere ministeriū christi sit de necessitate salutis. Septimo utrum credere trinitatem explicite sit de necessitate salutis. Octavo utrum actus fidei merito sit. Nono utrum ratio humana diminuatur de merito fidei. Ad primum scilicet quid sit credere. dicendum quod secundum Augustinum credere est cum assensione cogitare. Ad cuius euidentiam sciendum est quod cogitare tripliciter sumitur. Uno modo communiter per qualibet actuali consideratione intellectus. sicut Augustinus dicit in xiiii. de trinitate. hanc nunc dico intelligentiam quam intelligimus cogitantes. Alio modo dicitur cogitare proprie magis consideratio intellectus que est cum quadam inquisitione antequam perueniat ad perfectionem intellectus per certitudinem uisionis. & secundum hoc Augustinus in xv. de trinitate. dicit quod dei filius non cogitatio dicitur sed uerbum dei dicitur. cogitatio quippe nostra perueniens ad id quod scimus atque inde formata uerbum nostrum uerbum est uerbum. & ideo uerbum dei sine cogitatione debet intelligi nisi aliquid habens formale. quod possit esse informis. & secundum hoc cogitatio quippe dicitur motus a liberantis nondum perfecti per plenam ueritatem uisionis uel uisionem ueritatis. sed quia talis motus potest esse uel animi deliberantis circa intentiones uniuersales pertinet ad intellectiuam partem. uel circa intentiones particulares quod pertinet ad partem sensitiuam. Ideo cogitare secundo modo sumitur per actum intellectus deliberantis. Tertio modo pro actu uirtutis cogitatur. Si igitur cogitare sumitur communiter secundum primum modum. sic habet quod dicitur cum assensione cogitare non dicitur totam rationem eius quod est credere. nam per hunc modum

qui considerat ea que scit uel intelligit cum assensione cogitat. Si uero sumatur cogitare secundo modo. sic in hoc intelligitur tota ratio huius actus qui est credere. Actum enim ad intellectum pertinet quidam habet firmam assensionem absque tali cogitatione. sicut cum aliquis considerat ea que scit uel intelligit. talis enim consideratio iam est formata. quidam uero actus intellectus habet quodammodo cogitationem informem absque firma assensione. sicut in neutra partem declinat. sicut accidit dubitanti siue in unam partem magis declinat. sed tenet sicut aliquo leui signo. sic accidit suspicanti. siue uni parti adhaereat tantum cum formam dicitur alterius. quod accidit opinanti. Sed actus iste qui est credere habet firmam adhesionem ad unam partem in quo conuenit credens cum sciente & intelligente. & tamen eius cogitatio non est perfecta per maximam uisionem in quo conuenit cum dubitante suspicante. & opinante. & sic proprium est credentis etiam cum ut assensu cogitatur. & per hoc distinguitur iste actus qui est credere ab omnibus actibus intellectus qui sunt circa uerum uel falsum. Et nota quod differt credere deo. credere deum. & credere in deum. Hanc distinctionem ponit Augustinus super Iohannem. Actus enim cuiuslibet potentie uel habitus accipitur secundum ordinem potentie uel habitus ad suum obiectum. Obiectum autem fidei potest tripliciter considerari. cum enim credere ad intellectum pertinet. potest esse a uoluntate motus ad assensum. ut dictum est. potest obiectum fidei accipi uel ex parte ipsius intellectus. uel ex parte uoluntatis intellectus mouentis. Si quidem ex parte intellectus. sic in obiecto fidei duo possunt considerari. sicut supra dictum est. quorum unum est materiale obiectum fidei. & sic ponitur actus fidei credere deo. quia sicut supra dictum est nihil proponitur nobis ad credendum nisi secundum quod ad deum pertinet. Aliud est autem formale obiectum quod est sic medium propter quod tali credibili debeamus assensum. & sic ponitur actus fidei. credere deum. quia sicut supra dictum est formale obiectum fidei est ueritas prima cui inheret homo ut propter eam creditis assensum. Si uero consideret tertio modo obiectum fidei secundum quod intellectus est motus a uoluntate. sic ponitur actus fidei credere in deum. Veritas enim prima ad uoluntatem referet secundum quod habet rationem finis. Ad secundum scilicet utrum credere aliquid supra rationem naturalem sit necessarium ad salutem. dicendum quod in omnibus naturalibus ordinatis inuenitur quod ad perfectionem inferioris nature duo occurrunt. unum quidem quod est secundum proprium motum. aliud autem quod est secundum motum superioris nature. sicut aqua secundum motum proprium mouetur ad centrum. secundum autem motum lune mouetur circa centrum secundum fluxum & refluxum. Similiter etiam orbis planetarum mouentur propriis motibus ab oriente in occidentem. motu autem primi orbis ab oriente in occidentem. sola autem natura rationalis creata habet immediatum ordinem ad deum. quia ceterae creature non attingunt ad aliquid uniuersale. sed solum ad aliquid particulare. participantem diuinam bonitatem. uel in essendo tamen.

sicut inanimata. uel etiā & uiuendo & cognoscendo singularia. sicut plante & aīalia. Natura autē rationalis inquantū cognoscit uniuersalē boni & entis ratōem habet immediatū ordīnem ad uniuersale essendi pīncipiū. perfectō igitē rationali creature nō solum cōsistit in eo quod ei cōpetit s̄m suam naturā. sed etiā i eo quod ei attribuit̄ ex quadā supernaturali p̄fectione diuine bonitatis. unde & supra dictū est. q̄ uelima beatitudo hoīs consistit i quadā supernaturali dī uisione. ad quā quidē uisionē homo p̄tingere nō potest. nisi p̄ modum addiscētis a deo doctore. s̄m illud **Iob. vi.** Omīs qui audīe a patre & didicit uenit ad me. huius autē discipline fit homo p̄iceps n̄ statim s̄ successiue s̄m modū sue nature. Omnis autē talis addiscens oportet q̄ credat ad hoc q̄ ad p̄fectam sciētīā pueniat. Sicut etiā p̄s dicit q̄ oportet addiscētē credere. vñ ad hoc q̄ homo pueniat ad p̄fectam uisionē beatitudinis p̄xigitur q̄ credat deo tanq̄ discipulus magistro docenti. **¶** Ad tertiū sc̄z utrū ea que naturali ratione p̄bari possunt sit necessariū credē. dicendū q̄ necesse est accipere p̄ modū fidei nō solum ea que sunt supra ratōem. sed etiam ea que per ratōem cognosci possunt. & hoc p̄p̄ter tria. Primo quidē ut citius homo ad ueritatē diuine cognitōem pueniat. Sciētīa em̄ ad quā pertinet p̄bare deū esse & alia h̄mōi de deo. ultimo hoīb̄ addiscenda p̄ponit̄ p̄suppositis multis aliis sc̄is. & sic non nisi post multum tempus uite sue homo ad dei cognitōem pueniret. Secundo autē ut cognitio dei sit cōmuniō. multi em̄ in studio sciētīe p̄ficere n̄ possunt. uel p̄pter hebetudinē ingenii. uel p̄pter alias occupatōes & necessitates temporal̄ uite. uel etiam p̄pter torporez addiscendi. que omnino a dei cognitōe fraudarent̄ nisi p̄ponerent̄ eis diuina p̄ modum fidei. Tertio p̄pter certitudinē. ratio em̄ humana in rebus diuinis est multum deficiens. cui⁹ signū est. q̄a p̄bi de rebus humanis naturaliter inuestigantes in multis errauerūt. et sibiipsis straria senserūt. **¶** Ut ergo esset indubitata. & certa cognitio apud hoies de deo. oportuit q̄ diuina eis p̄ modum fidei traderent̄. que q̄si a deo dicta q̄ mentiri nō potest. **¶** Ad quartū sc̄z utrū teneat̄ homo aliquid explicite credere. dicendū q̄ p̄cepta legis que homo tenet̄ implere dan̄t de actibus uirtutū qui sunt uia pueniendi ad salutem. Actus autē uirtutis sicut supra dictum est. sumit̄ s̄m habitudinē habitus ad obiectū. Sed i obo cuiuslibet uirtutis possunt duo cōsiderari. sc̄z id quod ē p̄p̄rie & p̄ se uirtutis obiectum qd̄ necessariū est in omī actu uirtutis. & iterum id qd̄ accidens siue consequēter se habet ad p̄p̄riam ratōnem obi. Sicut ad obiectum fortitudinis p̄p̄rie & p̄ se p̄met sustinē pericula mortis. & aggredi hostes cū periculo p̄pter bonū. sed q̄ homo armēt̄ uel se pcutiat in bello iusto aut aliquid h̄mōi faciat. reduciē quidē ad obm̄ fortitudinis. sed p̄ accidēs. De-

terminatio igitē uirtuosi actus ad p̄p̄rium & per se obm̄ uirtutis est sub necessitate p̄cepti. sicut & ipse uirtutis actus. Sed determinatio actus uirtuosi ad ea que accidētaliter uel secūdario se habent ad p̄p̄rium & p̄ se obm̄ uirtutis. nō cadūt sub necessitate p̄cepti nisi loco et tempore. Dicendū est igitē q̄ fidei obiectū per se est id quo homo beatus efficit̄. ut supra dictum est. Per accidens uel secūdario se habent ad obm̄ uirtutis oīa que in scripturis diuinis tradita continentur. sicut q̄ abraham habuit duos filios. q̄ dauid fuit fili⁹ ysay. & alia huiusmodi. Quantū igitē ad prima credibilia q̄ sunt articuli fidei tenet̄ homo explicite credere sicut & tenet̄ habere fidē. quantū autē ad alia credibilia non tenet̄ homo explicite credere s̄ solum implicite. uel in p̄paratōe anī inquantū paratus est credere quidq̄ i diuina scriptura continet̄. sed tunc solum ea tenet̄ explicite credere q̄n̄ hoc ei constiterit in doctrina fidei cōtineri. **¶** Ad quintū sc̄z utrū omēs equaliter teneant̄ explicite credere. dicendū q̄ explicatio credendoz fit p̄reuelatōem diuinā. credibilia em̄ naturalē ratōem excedūt. reuelatio autē diuina ordīne quodā fit per superiores sicut ad hoies p̄ angelos. & ad inferiores angelos p̄ superiores. ut patet p̄ dyoni. iiii. cele. iherar. Et ideo pari ratōe explicatio fidei oportet q̄ p̄ueniat ad inferiores hoies p̄ maiores. Et ideo sicut superiores angeli q̄ inferiores illumināt̄ habent pleniorē notitiā de rebus diuinis q̄ inferiores. ut dicit **Dyonisi⁹. xii. ca. ce. ierar.** Ita etiam superiores hoies ad quos p̄met alios erudire tenent̄ habere pleniorē notitiā de credendis & magis explicite credere. **¶** Ad sextum sc̄z utrū explicite credere misteriu ch̄risti sit de necessitate salutis apud oēs. dicendū q̄ sicut supra dictū est. illud p̄p̄rie & per se p̄met ad obm̄ fidei p̄ quod hō beatitudinē consequit̄. uia autē hoibus ueniēdi ad beatitudinē est misterium incarnatōis x̄pi & passionis. dicit̄ em̄ actū. iiii. Non est aliud nomē datū hoibus i quo oporteat nos saluos fieri. Et ideo misterium incarnatōis x̄pi aliquo modo oportuit omni tēpore esse creditū apud omēs. diuersimode tñ secūdū diuersitatē tēporez & personarū. Nam ante statū peccati homo habuit explicitā fidez de ch̄risti incarnatōe s̄m q̄ ordinabat̄ ad cōsummatōem glorie. nō autē secūdum q̄ ordīnabatur ad liberatōem a p̄ctō per passionē & resurrectionē. quia hō non fuit p̄scius peccati futuri. uideēt̄ tñ incarnatōis x̄pi p̄scius fuisse. per hoc q̄ dixit. p̄pter hoc relinquet homo patrem & matrē. & adheret uxori sue. ut habetur gen. ii. & hoc ap̄ls ad eph. v. dicit. sacramētū magnū esse in x̄po & ecclia. quod quidez sacramētū nō est credibile primū hoīem ignorasse. Post p̄ctm̄ autē fuit explicite creditū misteriu x̄pi. non solū quantū ad incarnatōem. sed etiam quantū ad passionē & resurrectōem q̄bus humanū genus a p̄ctō & morte liberat̄. **¶** Aliter em̄ nō p̄figurassent ch̄risti passionem

quibusdam sacrificiis & ante legē & sub lege. quoz quidez sacrificioz signatū explicite maiorē cognoscebant. minorē autē sub uelamīe illoz sacrificioz credentes ea diuinitus esse diſpoſita de xpo uerturo quoddāmodo habebāt fidem uelatā. & ſicut ſupra dictū ē ea que admīſteria chriſti p̄tinent tanto difficili⁹ cognoſuerūt quāto p̄p̄m̄quiores chriſto fuerūt. poſt autē tempus gratie uelate tā maiorē q̄z minorē tenentē habere fidem explicatā de mīſteriis chriſti. p̄cipue quantū ad ea que cōmuniter in eccleſia ſollennizantē et publice p̄ponuntur. ſicut ſunt articuli icarnatōis de quibus ſupra dictum eſt. Alia autē ſubtilē cōſideratōes circa icarnatōis articulos tenent aliqui magis uel minus explicite credere ſecūdū q̄d uenit ſtatū & officio vniuſcuſqz. Ad ſeptimū ſc̄z utrū explicite credere trinitatē ſit de neceſſitate ſalutis. dicendū q̄ mīſteriū xpi explicite credi non poteſt ſine fide trinitatis. quia ī mīſterio chriſti hoc continet q̄ filius dei carnem aſſumpſerit. q̄ per gratiā ſp̄rituſſancti mundum renouauerit. & iterū q̄ de ſp̄rituſſancto cōcept⁹ fuerit. Et ideo eo modo quo mīſteriū xpi ante chriſtū fuit quidē explicite creditum a maiorib⁹. implicite autē & quaſi obumbate a minoribus. ita etiā & mīſteriū trinitatis. Et ideo etiā poſt tempus gratie diuulgate tenent oēs ad explicite credendū mīſteriū trinitatis. & om̄s qui renaſcuntē in xpo. adipiſcuntē hoc per iuocatōem trinitatis. ſm̄ illud Mat̄. ulē. euntes docete om̄s gentes. baptizantes eos in noīe p̄ris & filii & ſp̄rituſſancti amē. Ad octauū ſc̄z utrū actus fidei ſit meritozius. dicendū q̄ actus noſtri ſunt meritozii inquantū p̄cedūt ex libero arbitrio. ſi ſit motum a deo per gratiā. vnde oīs actus hūanus qui ſubiicitē libero arbitrio ſi ſit relatus in deum poteſt eē meritozius. ip̄m autē credere eſt actus intellect⁹ aſſentientis ueritati diuine ex imperio uoluntatis a deo mote p̄ gratiā. & ſic ſubiacet libero arbitrio ī ordīe ad deū. vnde actus fidei poſſe meritozi⁹. Ad nonū ſc̄z utrū ratio humana inducta ad ea que ſunt fidei dimīnuat meritū. dicendū q̄ ſicut dictū eſt actus fidei poteſt eſſe meritozius inquantū ſubiacet uolūtati nō ſolum quantū ad uſum. ſ; etiam quantum ad aſſenſus. Ratio autē humana inducta ad ea que ſunt fidei dupliciter poteſt ſe habē ad uoluntatē credētis. vno quidē modo ſicut p̄cedens. Puta cum quis aut nō haberet uolūtatem. aut non haberet p̄mptam uolūtatem ad credendū niſi ratio humana induceret. & ſic ratio hūana inducta dimīnuat meritū fidei. ſic etiā ſupra dictū eſt. q̄ paſſio p̄cedens electōm in uirtutibus moralibus dimīnuat laudē uirtuofi actus. Sicut em̄ homo actus uirtutū moralium debet exercē p̄pter iudiciū ratiois. nō tñ p̄pter paſſionē. ita credere debz homo ea que ſunt fidei nō p̄pter ratioem humanā. ſed p̄pter autozitatē diuinā. Alio modo ratio humana poteſt ſe habere ad uoluntatē credētis conſe-

quenter. cum em̄ homo habet p̄mptam uolūtatem ad credendū diligit ueritatē creditam. & ſuper ea excogitat & amplectitē ſi quas rationes ad hoc inuenire poteſt. & quantū ad h̄ ratio humana nō excludit meritū fidei. ſed ē ſignū n̄ maioris meriti. ſicut etiā paſſio conſeques in uirtutibus moralibus eſt ſignū p̄mptis uolūtatis. ut ſupra dictū eſt. & hoc ſignificatur Iob. iiii. Vbi ſamaritani ad mulierem p̄ quā ratio humana ſignatē dixerūt. iam nūc nō p̄pter tuam loquelā credimus &c.

DE ACTV EXTERIORI FIDEI. DISTINCTIO. XVI.

D E inde conſiderandū eſt de actu exteriori fidei. Et circa hoc uideā ſūt duo. Primo utrū cōfeſſio ſit actus fidei. Secundo utrū cōfeſſio ſit neceſſaria ad ſalutē. Ad p̄imum dicendū q̄ actus exteriores p̄p̄rie ſunt illius uirtutis ad quoz fines ſecūdū ſuas ſpecies referunt. ſic ieiunare ſm̄ ſuā ſpeciē referē ad finē abſtinentie que ē cōpeſcere carnē. & ideo eſt act⁹ abſtinentie. cōfeſſio autē eoz que ſunt fidei ſecūdum ſuā ſpeciē ordīat ſicut ad finē ad id q̄d eſt fidei. ſm̄ illud. ii. ad cor. iiii. Habētes eūdē ſp̄ritū fidei p̄pter quod & loquimur. Exterioz em̄ locutio ordīat ad ſignandū id quod in corde concipit. vnde ſicut cōceptus interior eoz que ſunt fidei eſt p̄p̄rie fidei actus & cauſa. etiā & exterior cōfeſſio. Ad ſecundū ſc̄z utrū cōfeſſio fidei ſit neceſſaria ad ſalutē. dicendū q̄ ea que ſunt neceſſaria ad ſalutē cadūt ſub p̄ceptis diuine legis. cōfeſſio autē fidei cū ſit quiddāz affirmatiuū. nō poteſt cadere niſi ſub p̄cepto affirmatiuo. vñ eo modo eſt de neceſſariis ad ſalutē. quō poteſt cadere ſub p̄cepto affirmatiuo diuine leg. P̄cepta autē affirmatiua. ut ſupra dictū eſt. non obligant ad ſemper. & ſi ſemp obligēt obligāt autē p̄o loco & tēpore & ſm̄ alias circūſtantias debitas ſecūdū quas oportet actū humanū limitari. ad hoc q̄ ſit actus uirtutis. ſic igiſ conſiteri fidē non ſemp nec in quolibz loco. eſt de neceſſitate ſalutis. ſed aliquo loco & tēpore. qñ ſc̄z per omiſſionē hm̄oi cōfeſſiois ſubtraheret honoz delictus deo. uel etiā utilitas p̄ximis impendenda. puta ſi aliquis interrogatus de fide taceret & ex hoc crederet. uel q̄ non haberet fidem. uel q̄ fides non eſſet uera. uel alii p̄ eius taciturnitatē auerterent a fide. in hm̄oi em̄ caſibus cōfeſſio fidei eſt de neceſſitate ſalutis.

DE HABITV FIDEI. DIS. XVII.

O Rca tertiuū p̄ncipale ſc̄z de ipſo habitu fidei conſideranda ſunt octo. Primo quid ſit fides. Secūdo utrū ſit uirtus. Tertio utrū ſit una uirt⁹. Quarto utrū ſit hm̄i a deo. Quinto utrū forma ei⁹ ſit caritas. Sexto utrū eadem numero ſit fides formata & infozmis. Septimo de ordīe eius ad alias uirtutes quātū ad primitiam. Octauo de cōparatōe certitudinis eius ad cētitudinē uirtutū intellectuāliū. Primo ergo

queritur utrum diffinitio fidei quā poit ap-
 stolus heb. xi. sit cōueniēs. hec scz. Fides ē spe-
 randarū substantia rerum. argumentū nō ap-
 parentiū. **Ad** hanc questionē dicendū. qd
 licet aliqui dicant p̄dicta apli uerba nō esse dif-
 finitiōem fidei. quia diffinitō indicat quid est
 esse rei. tñ si aliquis recte consideret oīa ex qui-
 bus fides potest diffiniri ī p̄dicta diffinitōe
 siue descriptōe tangunt. licz uerba nō ordmē-
 tur sub forma diffinitōis. sicut etiā ap̄ p̄hos
 p̄missa p̄hōfica fōma sillogismoꝝ p̄cipia tā-
 gunt. **Ad** cuius euidentiā cōsiderandū est qd
 cum habitus cognoscat p̄ actus et actus per
 obiecta. fides cum sit habitus quidā debet dif-
 finiri p̄ propriū actum ī cōparatōe ad p̄p̄riū
 obiectū. **Actus** autē fidei est credere. qui sicut
 supra dictū est actus est intellectus determinatū
 ad unum ex īperio uolūtatis. **Sic** ergo actus
 fidei habz ordinē ad obiectū uolūtatis quod
 est bonum & finis. et ad obiectū intellectū qd
 est uerū. & quia fides cū sit uirtus theologica
 sicut supra dictū est. habet idē p̄ obiecto & fi-
 ne. necesse est qd obm fidei et finis p̄portiona-
 liter sibi corresponsdeat. **Dictum** est autē supra
 qd ueritas prima est obm fidei. fm qd ip̄a ē nō
 uisa & ea qbus p̄pter ipsam īmberet. **Secūdu**
 hoc oportz qd ip̄a ueritas prima se habeat ad
 actum fidei per modū finis. secūdu ratiōem
 rei nō uise. quod p̄met ad ratōm rei sperate.
 fm illud apli ro. viii. **Qd** n̄ uidem⁹ speram⁹
 Veritatē em̄ uidere est ip̄az habere. **Non** autē
 sperat aliquis id qd iam habet. sed spes est de
 hoc qd non habet. ut supra dictū est. **Sic** igi
 habitudo actus fidei ad finem qui ē obiectūz
 uolūtatis significat in hoc qd ob. fides ē sub-
 stantia rerū sperandarū. **Substantia** em̄ solet dici
 prima īchoatō cuiuslibet rei. & maxime quā
 do tota res sequens continet uirtute ī primo
 principio. puta si dicamus qd prima p̄cipia
 indēmōstrabilia sunt substantia sciētie. quia scz
 primum quod in nobis ē de sciētia sunt. hui⁹
 p̄cipia. & in eis uirtute continet tota sciētia
Per hunc ergo modū dicit fides esse sba rerū
 sperandarū. quia scz p̄ima īchoatō rerū spe-
 randarū in nobis ē per assensum fidei que uir-
 tute cōtinet oēs res sperandas. **In** hoc em̄ spe-
 ramus beatificari qd uidem⁹ ap̄a uisione ue-
 ritatē cui p̄ fidem adheremus. ut patz p̄ ea que
 sup̄ de fide dicta sunt. **Habitudo** autē ad actū
 fidei ad obm fidei intellectus fm qd est obie-
 ctum fidei designat in hoc qd dicit. argumē-
 tum nō apparentiū. et sumit argumētum p̄o-
 argumēti effectū. **Per** argumētū em̄ intelle-
 ctus iducit ad adherēdū alicui uero. vnde ip̄a
 firma adhesio intellectus ad ueritatē fidei n̄
 apparentē uocat hic argumētū. vnde alia li-
 tera habet cōiunctio. quia scz p̄ auctoritatē diui-
 nam intellectus credētis cōuincit ad assentiē-
 dum hīs que nō uidet. **Si** quis ergo ī forma
 diffinitiōis hui⁹ uerba reducere uelit potest
 dicere. qd fides ē habitus mentis. qua īchoat
 uita eternā ī nobis faciens intellectū assentire

non apparētibus. per hoc autē fides ab omib⁹
 aliis distinguit que ad intellectū p̄tinent. per
 hoc em̄ qd dicit. argumētū. distinguit fides ab
 opinione. suspitione. & dubitatōe. p̄ que non
 est prima adhesio intellectū firma ad aliquid
Per hoc autē qd dicit. nō apparentiū. distinguit
 fides a scientia & intellectu p̄ que aliqd fir ap-
 parens. **Per** hoc autē qd dicit. substantia rerū spe-
 randarū. distinguit uirtus fidei a fide cōmu-
 niter sumpta que nō ordinat ad beatitudinē
 sperataz. **Om̄s** autē alie diffinitōes quecūqz de
 fide danē explicatōes sunt huius quā apls po-
 nit. **Qd** autē dicit Aug⁹. Fides est uirt⁹ qua cre-
 dunt que nō uident. & qd dicit Damascen⁹
 qd fides ē nō inquisit⁹ cōsensus. **Et** quod alii
 dicunt qd fides ē certitudo quedā animi de ab-
 sentibus supra opinionē & infra scientiā. idē
 est ei qd apls dicit. argumētū nō apparentiū
Qd uero dyoni. vii. ca. de di. no. dicit. qd fides ē
 manēs credentiū fundamentū. collocans eos
 in ueritate. & ī ipsi ueritate. idem est ei qd
 dicit substantia rerū speranda. **Ex** dictis patet
 qd substantia n̄ sumit hic p̄p̄ie fm qd est gen⁹
 generalissimū. sed fm qd in quolibet genere ī-
 uenit similitudo sbe. put scz primū ī quolibz
 genere cōtinens in se alia in uirtute dicit esse
 substantia illoꝝ. **Magis** autē dicit fides esse sub-
 stantia rerū sperandarū qz diligendarū. **Lic**
 caritas sit forma fidei. nō spes. sicut infra dice-
 tur. quia dilectio potest esse uisoz & non uis-
 ozum. presentū & absentū. **Et** iō res diligen-
 da non ita p̄p̄ie adaptat fidei sicut sperada.
 cum spes sit semp absentū & nō uisoz. **Item**
 licet argumētū fm qd sumit ex p̄p̄iis rei p̄i-
 cipiis faciat rem esse apparētē. tñ fm qd sumit
 tur ex auctoritate diuina non facit rem eē ap-
 parentē. & sic accipit ī diffinitōe fidei. **Ad**
 secūdu scz uerū fides sit uirtus. dicēdū qd sic
 ex supradictis patet uirtus humana est p̄ quā
 actus humanus reddit bonus. vnde quicūqz
 habitus ē semp principū boni actus. potest di-
 ci uirtus humana. talis autē habit⁹ ē uirtus for-
 mata. **Cum** em̄ credere sit actus intellectus as-
 sentientis non ex īperio uolūtatis. ad hoc qd
 iste actus sit p̄fectus. duo requirunt. quozum
 unū est ut infallibiliter intellectus tendat ī suū
 bonū quod est uerū. **Aliud** est ut ī fallibiliter
 ordinet ad uelēm finem p̄pter quez assentit
 uoluntas uero. & uerūqz inuenit in actu fidei
 formate. **Nam** ex ratōe ipsius est qd intellect⁹
 semp ferat ī uerū. quia fidei nō potest subesse
 falsum. ut supra dictū est. **Ex** caritate autē que
 format fidem habet aīa qd infallibiliter uolū-
 tas ordinet ad bonū finē. & ideo fides forma-
 ta est uirtus. fides autē īformis nō est uirt⁹.
 quia & si habeat p̄fectionē debitā. actus īfor-
 mis fidei ex p̄te intellectus. nō tñ habet p̄fecti-
 onem debitam ex p̄te uolūtatis. sicut etiā si
 temperantia esset in cōcupiscibili. et prudentia
 non esset in rationali. temperantia nō esset uir-
 tus. ut supra dictū ē. quia ad actū temperantie
 requirit & actus ratōis & actus cōcupiscibilis.

ficut ad actum fidei requiritur & actus uoluntatis & actus intellectus. Nota tñ q̄ fides connumeratur inter gratias gratis datas. i. cor. xii. Et similiter inter fructus. Gala. v. & hic inter virtutes. sic dictum est. Sed quidam ponunt q̄ fides que connumeratur inter gratias gratis datas est fides informis. quod non est conuenienter dictum quia gratie gratis date que ibi enumerantur non sunt communes omnibus membris ecclesie. unde ap̄ls ibi dicit. diuisiones gratiarum sunt. Et iterum alii datur hoc. alii illud. Fides autem informis communis est omnibus membris ecclesie. quia informitas eius non est de substantia eius sed quod est donum gratuitum. Unde dicendum q̄ fides ibi sumitur per aliquam fidei excellentiam sicut per constantiam fidei. ut dicit glossa. uel pro sermone fidei. Donum autem fides iter fructus habet quod habet aliquam delectationem in actu suo ratione certitudinis. unde Gal. v. Cum enumerantur fructus. exponitur fides id est de iustificabilibus certitudo. Ad tertium scilicet utrum fides sit una uirtus. dicendum q̄ fides si sumatur per habitum dupliciter potest considerari. Uno modo ex parte obiecti. & sic est una fides. obiectum enim formale fidei est ueritas prima. cui inherendo credimus quecumque sub fide continentur. Alio modo ex parte subiecti. & sic fides diuersificatur secundum quod est diuersorum. Manifestum est autem q̄ fides et quilibet alius habitus ex formali ratione obiecti habet speciem. sed ex substantia indiuiduat. Et ideo si fides sumatur per habitum quo credimus. sic fides est una specie differens numero in diuersis. si uero sumatur pro eo quod creditur. sic etiam est una fides. quia idem est quod ab omnibus creditur. & si sint diuersa credibilia que communiter omnino creduntur. tamen omnia reducuntur ad unum. Ad quartum scilicet utrum fides sit uirtus infusa. dicendum q̄ sic. sicut expresse dicit ap̄ls. eph. ii. Gratia estis saluari per fidem. & hoc non ex uobis ne quis gloriatur. dei enim donum est. Ad cuius euidentiam sciendum q̄ ad fidem duo requiruntur. quorum unum est ut homini credibilia proponantur. quod requiritur ad hoc q̄ homo aliquid explicito credat. Aliud autem quod ad fidem requiritur est assensus creditus ad ea que proponuntur. Quantum igitur ad primum horum necessesse est q̄ fides sit a deo. Ea enim que sunt fidei excedunt rationem humanam. unde non cadunt in contemplatione hominis nisi deo reuelante. sed quibusdam quedam reuelantur immediate a deo. sicut sunt reuelata ap̄ls et prophetis. quibusdam autem proponuntur a deo mittente fidei predicatores. secundum illud ro. x. Quo predicantur nisi mittantur. Quantum uero ad secundum scilicet ad assensum hominis in ea que sunt fidei potest considerari duplex causa. Una quidem exterius inducens sicut miraculum uisum. uel persuasio hominis inducentis ad fidem quorum neutrum est sufficientis causa. uidentium enim unum & idem miraculum & audientium. Eandem predicatorem quidam credunt & quidam non credunt. & ideo oportet ponere aliam causam interiorum que mouet hominem interioriter ad assentiendum hiis que sunt fidei. Hanc autem causam pelagiani ponebant solum liberum arbitrium ho-

minis. & propter hoc dicebant q̄ initium fidei est ex nobis. in quantum scilicet ex nobis est q̄ parati sumus ad assentiendum hiis que sunt fidei. sed confirmatio est a deo pro que nobis proponuntur ea que credere debemus. Sed hoc est falsum. quia cum homo assentiendo hiis que sunt fidei eleuetur supra naturam suam oportet q̄ habet insit ei ex supernaturali principio interioriter mouente quod est deus. Et ideo fides quantum ad assensum qui est principalis actus fidei est a deo interioriter mouente per gratiam. De fide informi etiam teneas quod est dei donum et a deo. sicut dicit quedam glossa. i. cor. xiiii. Quid fides que est sine caritate est donum dei. Cum autem informis sit priuatio. considerandum est q̄ priuatio quandoque premet ad rationem speciei. quandoque autem non. sed superuenit rei iam habenti propriam speciem. sicut priuatio debite commensurationis humorum est de ratione speciei ipsius egritudinis. tenebrositas autem non est de ratione speciei ipsius dyaphani. sed superuenit. quia igitur cum assignatur causa alicuius rei intelligitur assignari causa eius secundum quod in propria specie existit. ideo quod non est causa priuationis non potest dici causa illius rei ad quam premet priuatio. sicut existens de ratione speciei ipsius. Non enim potest dici causa egritudinis quod non est causa distemperantie humorum. potest tamen dici aliquid causa dyaphani quod non est causa obscuritatis que non est de ratione speciei ipsius dyaphani. Informitas autem fidei non premet ad rationem speciei ipsius fidei. cum fides dicatur informis propter defectum cuiusdam exterioris forme. sicut dictum est. Et ideo illud est causa fidei informis quod est causa fidei simpliciter dicte. hoc autem est deus. ut dictum est. unde relinquitur q̄ fides informis sit donum dei. que & si non sit perfecta simpliciter perfectione uirtutis. est tamen perfecta quadam perfectione que sufficit ad fidei rationem. deformitas autem actus uirtutis si est de ratione speciei ipsius actus. secundum quod est actus moralis. ut supra dictum est. dicitur enim actus deformis per priuationem forme intrinsece. que est debita commensuratio circumstantiarum actus. Et ideo non potest dici causa actus deformis deus qui non est causa deformitatis. Licet sit causa actus in quantum est actus. Vel dicendum q̄ informitas non solum importat priuationem debite forme. sed etiam contrariam dispositionem. unde deformitas se habet ad actum sicut falsitas ad fidem. & ideo sicut actus deformis non est a deo. ita nec aliquid fides falsa. & sicut fides informis est a deo. ita etiam actus qui sunt boni ex genere. quod non sunt caritate formati. sicut plerumque in peccatoribus contingit. Ad quintum scilicet utrum forma fidei sit caritas. dicendum q̄ sicut ex superioribus per actus uoluntarii speciem recipiunt a fine qui est uoluntatis obiectum. id autem a quo aliquid speciem sortitur se habet ad modum forme in rebus naturalibus. Et ideo cuiuslibet actus uoluntarii forma quodammodo est finis ad quem ordinatur. tum quia ex ipso recipit speciem. tum etiam. quia modus actionis oportet q̄ respondeat. proportionaliter fini. Manifestum est autem ex predictis

quod actus fidei ordinatur ad obiectum uoluntatis quod est bonum sicut ad finem. hoc autem bonum quod est finis fidei scilicet bonum diuinum est proprium obiectum caritatis. Et ideo caritas dicitur forma fidei in quantum per caritatem actus fidei perficitur & formatur. **Ad sextum** scilicet utrum eadem sit fides formata & informis. dicendum quod circa hoc diuersae fuerunt opiniones. quidam enim dixerunt quod alius est habitus fidei formatae & alius fidei informis. sed adueniente fide formata. tollitur fides informis. & similiter in homine post fidem formatam peccante mortaliter succedit alius habitus fidei informis a deo infusus. Sed hoc non uideatur esse ueniens quod igitur adueniens homini aliquod dei donum excludat neque etiam quod aliquod dei donum homini infundatur propter peccatum mortale. Et ideo alii dixerunt quod sunt quidam diuersi habitus fidei formatae et informis. sed tamen adueniente fide formata. non tollitur habitus fidei informis. sed simul manet in eo cum habitu fidei formatae. Sed hoc etiam uideatur inconueniens. quod habitus fidei informis in habente fidem formatam remaneat ociosus. Et ideo aliter dicendum est. quod idem est habitus fidei formatae & informis. Cuius ratio est. quia habitus diuersificatur secundum id quod per se ad habitum pertinet. Cum autem fides sit perfectio intellectus illud per se ad fidem pertinet quod pertinet ad intellectum. quod autem pertinet ad uoluntatem non per se pertinet ad fidem. ita quod per hoc diuersificari possit habitus fidei. **Distinctio autem fidei formatae & informis est secundum id quod pertinet ad uoluntatem. id est secundum caritatem. non autem secundum id quod pertinet ad intellectum.** Unde fides formata & informis non sunt diuersi habitus. **Ad septimum** scilicet de ordine fidei ad alias uirtutes. dicendum quod aliquid potest esse prius altero dupliciter. uno modo per se. alio modo per accidens. Per se quidem inter omnes uirtutes prima est fides. Cum enim in agibilibus finis sit principium. ut supra dictum est. necesse est uirtutes theologicas quarum obiectum est ultimus finis esse priores ceteris uirtutibus. Ipse autem finis ultimus oportet quod prius sit in intellectu quam in uoluntate. quia uoluntas non fertur in aliquid nisi prout est in intellectu apprehensum. Unde cum ultimus finis sit quidem in uoluntate per spem & caritatem. in intellectu autem per fidem. necesse est quod fides sit prima inter omnes uirtutes. quia naturalis cognitio non potest attingere ad deum secundum quod est obiectum beatitudinis. prout tendit in ipsum spes et caritas. Sed per accidens potest aliqua uirtus esse prior fide. causa enim per accidens est per accidens prior. remouere autem prohibens pertinet ad causam per accidens. ut patet per philosophum in viii. phisicorum. & secundum hoc aliquae uirtutes possunt dici per accidens priores fide. in quantum remouent impedimentum credendi. sicut fortitudo remouet inordinatum timorem impediens fidem. humilitas autem superbia per quam intellectus recusat se submittere ueritati fidei. & ideo potest dici de aliquibus aliis uirtutibus. quibus non sunt uere uirtutes nisi presupposita fide. ut

per Augustinum in libro contra Iulianum. **Ad octauum** scilicet utrum fides sit certior scientia & aliis uirtutibus intellectualibus. dicendum quod uirtutum intellectualium due sunt circa contingentiam. scilicet prudentia & ars quibus praefertur fides in certitudine ratione suae materiae. quia est de eternis que non contingant aliter se habere. Tres autem reliquae intellectuales uirtutes. scilicet sapientia scientia & intellectus sunt de necessariis. ut supra dictum est. Sed sciendum est quod sapientia & scientia & intellectus dupliciter dicuntur. Uno modo secundum quod ponuntur uirtutes intellectuales. a philosopho in vi. ethico. Alio modo secundum quod ponuntur dona spiritus sancti. Primo igitur modo dicendum est quod certitudo potest considerari dupliciter. Uno modo ex causa certitudinis. et sic dicitur esse certius illud quod habet certioris causam. & hoc modo fides est certior tribus praedictis. quia fides inuenit ueritatem diuinam. Tria autem praedicta inueniuntur rationi humane. Alio modo potest considerari certitudo ex parte subiecti. & sic dicitur esse certius quod plenius consequitur intellectus hominis. & per hunc modum quia ea que sunt fidei sunt supra intellectum hominis. non autem ea que subsunt tribus praedictis. ideo ex hac parte fides est minus certa. Sed quia unumquodque iudicatur simpliciter quidem secundum suam causam. secundum autem dispositum que est ex parte subiecti iudicatur secundum quid. Inde est quod fides simpliciter certior est. sed alia sunt certiora. secundum quod. quo ad nos. Similiter etiam accipiantur tria praedicta secundum quod sunt dona praesentis uitae comparantur ad fidem sicut ad principium quod presupponit. unde secundum hoc fides est eis certior.

DE SUBIECTO FIDEI. DIS. XVIII.

Quia quartum principale scilicet de subiecto fidei consideranda sunt sex. Primo utrum fides sit in intellectu sicut in subiecto. Secundo utrum sit in intellectu speculativo uel practico. Tertio utrum angelus uel homo in prima sui condicione habuerit fidem. Quarto utrum demones habeant fidem. Quinto utrum heretici errantes in uno articulo fidei habeant fidem de aliis articulis. Sexto utrum habentium fidem alius alio maiorem fidem habeat. **Ad primum** scilicet utrum fides sit in intellectu sic in libro. Dicunt aliqui quod fides non tamen est in intellectu sicut in subiecto. nec tamen in affectu. sed in utroque. Quod bene potest intelligi. credere enim est uoluntarie assentire primae ueritati nondum uise. unde Bernardus in v. de consideratione ca. vi. Fides est uoluntaria quedam & certa prelibatio. nondum proposita ueritatis. Quod ideo dictum est. quia actus credendi & ab intellectu elicitur. & a uoluntate imperatur. Si ergo noticia dei comprehendatur non tamen habitu quo determinatur intellectus ad actum credendi eliciendum. sed etiam habitu quo determinatur uoluntas ad actum credendi imperandum. sic fides est in intellectu & uoluntate. sicut in subiecto. Quod certum est de fide formata. quia caritas per quam determinatur uoluntas ad imperandum actum credendi formatum. in uoluntate est sicut in subiecto. & etiam secundum multos uerum

est de fide informi. Dicunt enim multi quod ad hoc quod intellectus eliciat actum fidei informem. non tantum requiritur habitus existens in ipso ipse determinans ad actum credendi elicendum. sed etiam aliquis habitus informis in uoluntate ipsam determinans ad predictum actum ipsandum. Quauis autem ad actum credendi per exigat uoluntatis actus. non tamen est de essentia illius habitus quo determinat intellectus ad elicendum actum credendi. Et ideo cum habitus fidei proprie loquendo sit ille quo determinatur potentia ad elicendum credendum actum. & ille habitus sit tantum in intellectu sicut in subiecto. ideo melius uideetur concedendum quod fides sit tantum in intellectu sicut in subiecto. inquam tamen est mobilis a uoluntate. quod sit in intellectu & uoluntate sicut in subiecto. **A**d secundum scilicet utrum sit in intellectu speculatiuo uel practico. dicunt aliqui quod fides est in intellectu practico. sub practico comprehendendo dilectionem. Sicut enim scientia non iudicatur speculatiua uel practica principaliter ex parte obiecti. sed ex parte proximi finis. quod propter plus. secundo metaphysice. speculatiuam distinguit a practica penes finem. quod theoretice finis est ueritas. & practice opus. ita habitus intellectu alis non debet iudicari speculatiuus uel practicus principaliter ex sui comparatione ad obiectum. sed ex comparatione actus sui ad finem proximum. non accidentaliter que constituit intentionem consideratis. sed essentialiter que principaliter respicit habitus quantum est ex parte sua. Quauis autem obiectus fidei sit uerum sub ratione qua uerum est. tamen finis proximus est dilectio ueritatis illius. Assentimus enim primie ueritati credendo ut ipsam modo debito diligamus. & ideo habitus fidei principaliter practicus est quod speculatiuus. sed habitus practicus est in intellectu practico sicut in subiecto. **P**reterea cum ille habitus sit in intellectu inquam est mobilis a uoluntate non tantum iudicatur actus credendi practicus ex sui comparatione ad motum uoluntatis ad quem disponit seu inclinatur. sed etiam ad actum uoluntatis a quo speratur. & ita aliquis habet rationem practice ex parte principii. quauis principaliter eam habeat ex parte proximi finis. Alii autem dicunt quod fides principaliter est in intellectu speculatiuo. quia non ita debet iudicari habitus practicus per sui comparationem ab principio sperans actum. nec per comparationem actus sui ad finem proximum. sicut ex sui comparatione ad formale obiectum. Quod sic patet. habitus enim constituitur in specie ex sui comparatione ad formalem rationem sui obiecti. per illud autem per quod habitus constituitur in specie conuenit ei esse speciem habitus speculatiui uel practici. **O**biectum autem fidei est uerum sub ratione que uerum non uisum in quo solo intellectus potest beatificari. hoc autem obiectum est speculabile non operabile. non enim dependet ex aliqua nostra actione. ergo fides principaliter est habitus speculatiuus. & ex consequenti sequitur quod sit tanquam in subiecto in intellectu speculatiuo. **A**d tertium scilicet utrum angelus ante confirmationem &

homo ante lapsum fidem habuerunt. dicunt quidam quod non. propter manifestam contemplationem que tunc erat de rebus diuinis. sed cum fides sit argumentum non apparentium secundum apostolum. & per fidem credantur ea que non uidentur. ut augustinus dicit. illa sola manifestatio excludit fidei rationem per quam creditur apparens uel uisum id de quo principaliter est fides. principale autem obiectum fidei est ueritas prima. cuius uisio bonos facit & fidei succedit. **C**um igitur angelus ante confirmationem & homo ante peccatum non habuerit illam beatitudinem qua deus per essentiam uideatur. manifestus est quod non habuit sic manifestam cognitionem quod excluderet ratio fidei. **V**nde quod non habuerit fidem hoc esse non potuit. si quod penitus erat ei ignotum illud de quo est fides. & si homo & angelus fuerunt creati in puris naturalibus. ut quidam dicunt. forte posset teneri quod fides non fuit in angelo ante confirmationem nec in homine ante peccatum. **C**ognitio enim fidei est supra naturales cognitionem de deo. non solum hominis. sed etiam angelorum. sed quia homo & angelus creati sunt cum dono gratie. ideo necesse est dicere quod per gratiam acceptam et nudum confirmationem uel consummationem fuerit in eis inchoatio quedam sperate beatitudinis. que quidem inchoatur in uoluntate per spem et caritatem. sed in intellectu per fidem. ut supra dictum est. **E**t ideo necesse est dicere quod angelus ante confirmationem habuerat fidem. & similiter homo ante peccatum. **S**ed tamen considerandum est quod in obiecto fidei est aliquid quasi formale. scilicet ueritas prima super omnem naturalem cognitionem creature existens. **E**st etiam aliquid materiale sicut id cui assentimus inherendo prime ueritati. **Q**uam ergo ad primum horum communiter fides est in omnibus habitibus cognitionem de deo. futura beatitudine nondum adeptam inherendo prime ueritati. **S**ed quantum ad ea que materialiter credenda proponuntur quedam sunt credita ab uno que sunt manifeste scita ab alio. etiam in statu presentis. ut supra dictum est. **E**t hinc hoc etiam potest dici quod angelus ante confirmationem. & homo ante peccatum quidem de diuinis misteriis manifesta cognitione cognouerunt que nunc non possumus cognoscere nisi credendo. **A**d quartum scilicet utrum demones habeant fidem. dicendum quod fides tripliciter potest accipi. **V**no modo pro quadam credulitate extorta per euidentiam signorum testificantium illam ueritatem quam credit sancta ecclesia. **A**lio modo per habitum infuso determinate intellectu ad actum credendum non formatum. **T**ertio modo per fide formatam. **P**rimo modo in intellectu dyaboli est fides. talia enim signa uidentur testificantia ueritatem quam credit sancta ecclesia. quod uelint nolint intellectus eorum credit esse uerum quod ecclesia credit. illam tamen ueritatem non uident. & sic intelligitur illud uerbum. **I**aco. ii. Demones credunt & contremiscunt. & glossa super illud ro. i. ex fide in fidem. que dicit de fide informi quod est demonum & nomine deus christianorum. **S**ecundo modo & tertio loquendo de fide dico quod in intellectu dyaboli non

est fides. Sic enim loquendo de fide non habuerunt fidem ante lapsum. quia non infunditur sine gratia quam illi nunquam habuerunt. nec post lapsum eis infusa est. quia digni non sunt.

Ad quintum scilicet utrum sit fides in hereticis errantibus in uno articulo fidei &c. dicendum quod hereticus qui discredidit unum articulum fidei non habet habitum fidei neque formam neque in formis. Cuius ratio est. quia species cuiuslibet habitus rerum dependet ex formali ratione obiecti. quod sublata species habitus remanere non potest. Formate autem obiecti fidei est ueritas prima secundum quod manifestatur in scripturis sacris & doctrina ecclesie. Unde quicumque non inheret sicut infallibili & diuine regule doctrine ecclesie. quod procedit ex ueritate prima in scripturis sacris manifestata. ille non habet habitum fidei. sed ea que sunt fidei alio modo tenet quam per fidem. sicut si aliquis tenet mentem aliquam conclusionem non cognoscens medium illius conclusionis. manifestum est quod non habet eius scientiam. sed opinionem solum. Manifestum est autem quod ille qui inheret doctrine ecclesie tanquam infallibili regule. omnibus assentit que ecclesia docet. alioquin si de his que ecclesia docet que uult tenet et que uult non tenet. non iam inheret ecclesie doctrine sicut infallibili regule. sed proprie uoluntati. & sic manifestus est quod hereticus qui principaliter discredidit unum articulum fidei non est paratus sequi in omnibus doctrinam ecclesie. si enim non principaliter iam non est hereticus. sed solum errans. Unde manifestum est quod talis hereticus qui discredidit circa unum articulum. fidem non habet de aliis articulis. sed opinionem quandam. secundum propriam uoluntatem.

Ad sextum scilicet utrum habentium fidem alius alio maiorem fidem habeat id est utrum fides possit esse maior in uno quam in alio. dicendum quod qualitas habitus ex duobus attendi potest. Uno modo ex obiecto. Alio modo secundum participationem subiecti. Obiectum autem fidei potest considerari dupliciter. Uno modo secundum formalem rationem. Alio modo secundum ea que materialiter credenda proponuntur. Formale autem obiectum fidei est unum. bonum & simplex. scilicet ueritas prima. ut supra dictum est. Unde ex hac parte fides non diuersificatur in credentibus. sed est una spes in omnibus. ut supra dictum est. sed ea que materialiter credenda proponuntur sunt plura. & possunt accipi uel magis uel minus explicitis. & secundum hoc potest unus homo plura explicitis credere quam alius. & sic in uno potest esse maior fides secundum maiorem fidem explicitam. Si uero consideret fides secundum participationem subiecti. hoc contingit dupliciter. Nam actus fidei procedit ex intellectu. & ex uoluntate. ut supra dictum est. Potest igitur fides in aliquo dici maior. uno modo ex parte intellectus propter maiorem certitudinem & firmitatem. Alio modo ex parte uoluntatis propter maiorem promptitudinem seu deuotionem uel confidentiam.

**DE EFFECTU FIDEI.
DISTINCTIO. XIX.**

Arca quintum principale scilicet de effectu fidei considerandum est quod fides multos effectus habet in anima. **P**rimo namque fides uiuificat. omnis enim anima sine fide mortua est. sed infusa ei fide infunditur ei uita. **A**ba. ii. **Q**ui incredulus est non est anima eius recta cum eo. iustus autem ex fide uiuit. **I**ob. iii. **Q**ui incredulus est non habet uitam in se. **ma. 2c. Iob. xi.** **Q**ui credit in me etiam si mortuus fuerit uiuet. **I**tem in uita beati **Siluestri** cum constantinus esset factus christianus. adhuc helena nudum christiana. sed a iudeis circumuenta reprobaret. congregati sunt sapientissimi iudeorum et sanctus **Siluester** cum pluribus episcopis catholicis. qui cum eligissent duos sapientissimos paganos iudices & philosophos. grecos. & zenobolus. & iudices inter eos iudeos plurimos. **C**um beatus **Siluester** rationibus confutasset eos. unus inter eos opposuit deus quod christiani adorabant crucifixum dicens. quod sciebat unum nomen dei cuius uim non poterant ipsa saxa ferre. qui etiam dixit quod adduceret ei taurum ferocissimum qui uirtute illius nominis non possit sustinere. quo facto. cum in aure eius nescio quod nomen murmuraret. mortuus est statim taurus. **Q**uod cum omnes mirarentur ait **Siluester**. quod non erat magnum occidere cum hoc possent aranee. & fere modicum ueneni. & quod illud quod dixerat non erat nomen dei cuius erat uiuificare. sed demonis cuius erat occidere. **S**i uirtute illius nominis taurum uiuere faceret. tunc esset nomen dei. **C**um autem iudices urgerent iudeum ut taurum suscitaret. & ipse reuiuere. dicens se hoc non posse. **Siluester** iuocato crucifixi nomine christiani separatim orantibus precepit tauro in nomine dicto ut surgeret & in pace abiret. **Q**ui statim hoc fecit. **I**udei autem hoc uiso sicut dixerant baptizati sunt cum helena. & conuersi sunt una die plus quam tria milia cum helene familia tota. **I**tem refert **iobes** belet in summa sua. & qui etiam alius doctor se legisse meminerat quod beatus **Petrus** ad predicandum theutonice misit tres discipulos suos **Eucharium** scilicet **Valerium** & **Maternum**. **C**um autem transirent alpes. altero eorum ibi mortuo. alii ad beatum **Petrum** redierunt. dicentes quod acciderat. qui tradidit eis baculum suum dicens. quod in uirtute fidei eum humanum tangerent. precipientes ut surgeret. & iret quo missi erant. qui hoc fecerunt post quadraginta dies postquam mortuus fuerat ad sepulcrum eius ueniens. **Q**ui surrexit. et cum eis iuit. **Q**ui postea successiue dicuntur fuisse episcopi in colonia ciuitate. que tunc agripina dicebatur.

Secundo fides mentes illuminat. **E**st enim quoddam lumen spirituale manuducens animam ad assentiendum hiis que prima ueritas sibi dicitur esse credenda. **ysa. vii.** secundum litteram. **S**i non credideritis. non intelligetis. & **Matth. ix.** dixit dominus cecis. **C**reditis quod hoc facere uobis possim & tetigit oculos eorum dicens. secundum fidei uestram fiat uobis. & aperti sunt oculi eorum. **A**ugustinus. quid est fides nisi credere quod non

vides. credimus ut cognoscamus &c. Item in hystoria francozū libzō .ii. & caplo .ii. legi. de persecutōne vuandaloz q̄ cū facti arriani uastates galliā & hispaniā. & aliquos episcopos secum captos duceret p̄ eos dñs mltā faciebat miracula. cecos illuminādo &c. Quidā autē episcopus cerula nomie episcopus arrianus hereticus hoc audiens & vidēs. cōfundebat rationibus & disputatiōibus catholicoz. & maxime fama miraculoz qui dedit cuidā sue sece quinquaginta aureos eo pacto ut cecum se fingeret & ab eo illuminatū. cū autē transiret dñs cerula cū exercitu vuandaloz ī episcopis captiuis catholicis clamauit dictus homo. audi me beatissime cerula & respice cecitatē meā. & experiar uirtutē tuā. qui reddis cecis uisū surdis auditū. leprofos em̄ mundas. mortuos suscitās. tunc cerula trahens eū ad partē airtangens eius oculos secundū fidē nostram q̄ recte credimus in deū aperiant oculi tui & uideas. quo dicto icēperūt oculi miseris hoīs iflari & tantus dolor eum arripuit ut uix posset digitis suis eos cōprimere quin creperent. & p̄ dolore eiulans om̄ibus dolū detexit. & clamabat p̄iciens aureos. Ecce aurū tuū redde mihi uisum meū. tunc bono usus cōsilio clamās & eiulans p̄iecit se ad pedes episcopoz catholicorum abnegans arrianā p̄fidiam & p̄fitem̄ fidem catholicā. tunc beato eugelio ep̄o crucem super eius oculos ip̄zimente sanitatē & uisus recepit. Videns honozicus rex vuandaloz secectam suā confundī & fidem exaltari. sanctos diuersis suppliciis lacerauit. quo facto sol obscuratus est. & dictus honozicus a dyabolo arreptus p̄priis dentibus se lacerauit. & indignam uitā hoc digno cruciatu finiuit. **I**tem ī gestis angloz Beda primo libzō .xviii. caplo Cum missus fuisset beatus Germanus episcopus antiodo. & beatus Lupus trecēsis a cōcilio episcopoz gallie cōtra pelagianā heresim ī britāniā. & heretici cōuenissent ornati uestibus in uerbis cozā principibus clero & p̄plo. nec possent cōuinci uerbis. ait beatus Germanus. ueniam⁹ ad ultimū ad argumēta fidei. adducat aliquis infirmus quacuq̄ egritudine & notus. Annuentibus iudicibus adductus ē cecus notus de gente eoz. cuius cū oculi nihil p̄ficerent heretici. beatus Germanus arripēs reliquias sanctoz martyrū quas ad collū suū portabat eis tetigit oculos dicti ceci. ī fide ip̄orum martyrū quā p̄dicabat. p̄cipēs ut uideret. qui statim uidit. & p̄ hoc & per alia miracula plura que sancti fecerūt ibi. heretici sunt cōfutati. & infideles illuminati. **I**tem in secūdo libzō caplo .ii. legi idem fecisse beat⁹ Aug⁹. ep̄us angloz missus a beato Greg. papa. pro anglicis cōuertendis. quibus p̄ magna parte cōuersis. erat scisma inter eum & socios suos contra episcopos britones. qui dissentiebāt ab ecclesia romana. alio tēpoze pascha celebrātes & celebrari illud decētes. & ī aliis ritibus suis mltis. Cum autē diu disceptassent uerbis cozā

regibus & aliis. & heretici illi uerbis abundarent. beatus Augustinus petiisset adduci infirmos ut fides uera p̄bare. & ep̄i scismatici cecum adductū non possent illuminare ipse fidei inuocatiōe eum statim illuminauit & corda multoz. Cum quidā hereticus fuisset cōbust⁹ & quidā eoz credens cineres eius p̄ reliquiis collegisset. Cum quidā aliquantulū patiens ī oculis de cōsilio dicti credentis qui ei sanitatē p̄mittebat de dicto puluere in suis oculis posuisset statim omnio excecatus est. **I**tem ad hoc facit exemplū beati Diony. quod habet in hystoria scolastica. Cum beatus Paulus p̄dicaret apud athenas. dixit ei dyonisius. uides cecum a natiuitate trāsēntem. q̄ si illum illuminarē sine magicis uerbis. uirtute fidei sue crederet ei. cui Paulus dixit q̄ ip̄semet dicet uerba hec. In nomie ihesu xp̄i cecepti. nati ex Maria uirgine. crucifixi. mortui. qui resurrexit. & ascendit in celū p̄cipio tibi cece ut uideas. Que cum diceret Dyonisi⁹. illuminatus est ī corpore. & Dyoni. in mente credēdo. **T**ertio fides edificat. est em̄ spirital' edificii & omniū bonorum primariū fundamentū. heb. xi. Fides est sperandarū substātia rerū id est substratū immobile fundamentū. Om̄is homo sine fide quātacūq̄ opera faciat uel tozmenta sustineat nō costruit sed destruit. non edificat spiritalē fabricam sed ruinā. sicut dicit Math. vii. de illo qui edificat sup petram. & de uiro sapiente qui edificat sup petram. Hoc fundamentū collocauit xp̄s Math. xvi. quādo dixit petro. sup hanc petram edificabo ecclesiam meam. Ecclesi. xl. iniquitas delebitur. fides in eternum stabit. Heb. vi. fundamentū fidei stat. Hoc fundamentum collocauerat ap̄ls. i. coz. iii. Fundamentū aliud nemo potest ponē &c. Sup hoc fidei fūndamentū uideat unusquisq̄ qualiter supedificet. Nam alii edificāt lignū. fenū. & stipulam alii autē aurū. argentū & lapides p̄ciosos. nota bene & expone. Et aduerte q̄ sicut posito fundamento excitat & animat homo ad supedificandū. alioquin supuacū ē fundamentū. sic fidei fundamentū stabiliter collocato excitat hō fidelis ad uiriliter operandū. Gal. v. In christo ihesu neq̄ circūcisio aliquid ualet. neq̄ p̄putium. sed fides q̄ per dilectōm operat. Iaco. iii. Fides si nō habeat opera mortua est in semet ipsa. Ibidem. Sicut corpus sine aīa mortuū est sic fides sine operibus mortua est. **Q**uarto fides deo gratificat. qz sicut dicit heb. ii. Sine fide ip̄ossibile est placē deo. Et infra. Fide abel plurimā hostiā obtulit deo. Scriptū ē autē gen. iii. Respexit dñs ad abel & ad munera eius. ad chaym uero & ad munera eius nō respexit. Item eccl. i. Beneplacitū est deo fidel' & mansuetudo. Nec mirū si fides reddit aīam gratā deo puritatis actōz. qz uidelicet fides purificat sicut ait beatus petrus actū. xv. Fide purificans corda. & Iere. v. Circuite uias iherusalem. Et sequit. Si iueneritis querentē fidē p̄piti⁹ ero ei. p̄uer. xv. Per misericordiā & fidē

purgantur peccata. De hoc exemplū habetur Ione .iii. viri niniuite crediderūt & misericordiam obtinuerūt Actū .x. Omnes pphete testimoniu p̄hibent remissionē peccatorū accipere hiis qui credunt. Math. ix. dicit de paralyticū portantibus. Vt uidit ihs fidē eorū ait paralyticū. Dimittuntē tibi peccata tua. glo. Ecce quātū ualer apud deū fides p̄p̄ia apud quē tantū ualuit aliena. Adeo etiam fides gratificat q̄ filios dei facit. Ioh. i. dedit eis potestatem filios dei fieri &c. Fides etiā copulat aīam deo. & facit karissimam eius sponsam. q̄ fides est uirtus qua aīa subarrat christo. Vnde dixit beata agnes. anulo fidei sue subarrauit me &c. Osee. ii. sponsabo te mihi in fide. Considera quō synagogam quā despōderat sibi dñs q̄z diu deo credidit fidē eius seruauit sup omēs nationes de mūdo multipliciter exaltauit. Quod patuit in terra quā eis dedit & lege & regno. templo et uictoriis. & miraculis. signis & p̄phetiis. & cultu. & beneficiis. Postq̄z autē xpm negauerūt & fidem abiecerūt nulla gens magis fuit uilificata & depressa. & abiecta opp̄ressionib⁹ tyrannorū. latronū. sicarioz. scismatib⁹. depopulationibus mutuis. dissensionibus. & obsidionibus. pestibus. cladibus. gladio. fame. captiuitate. incendio & strage. seruitute. ludibziis. uenditōe. desperatione. & omnē uentū ut liq̄ at sup eos euenisse omēs legis maledictōes q̄ liq̄dus uidere potest si quis legit finē iosephi & quinqz libros egypti. quendā librorū petri alfonsi. in quo dicit quō capti dati sunt triginta p̄ denario uno q̄z diu iuenerunt emp̄tores. Postea multi in nauibus positi compellebantur comedere que egresserāt in captiuitate. libros legis non habere. & filios nō circūcidere cōpellebant. Quando etiā cōtrahēbant anteq̄z uxores suas cum quibus cōtraxerant auderēt cognoscere sub pena capitalis sententiē adducebant eas ad gentiles iudices ut eas primo cognoscerent vel aliis eas traderent ut eas sibi haberēt quantum uellent. Si etiā cessarēt oīs scriptura loquēs de eorū cladibus patet hoc ubiq̄z hūanis oculis. q̄ gens q̄ quōdāz fuit pulcherrima. forma nobilissima. modo patz abiectissima esse. uilissima & turpissima. debilis & meticulosa sup omnes. Similiter etiā de aliis hereticis in quib⁹ em timorē posuit dñs q̄ uix audent se manifestare. nisi in latebris et denocē. similes noctue omnes timētes. i. re. ii. qui honozificauit me gloriificabo eū. qui autē me otemnūt erūt ignobiles. Similiter ecclesiā xp̄ianā que fidez recepit & seruat christus multipliciter exaltauit & ieternū seruauit. Quinto fides examinat nam in tribulatōe p̄bat fideles. i. pe. i. Probatio fidei nostre multo p̄ciosior fit auro quod p̄ ignē p̄batur. Iudith. viii. Tēptati sūt patres nostri ut p̄bare si uere colerent deū. & post omnes qui deo placuerūt p̄ multas tribulationes trāsierūt fideles. Item p̄bat etiam aliquādo dñs fidem p̄ ignē & app̄obat. heresim reprobat. Sicut legi fecisse tempore beati dñici

In terram albigeniū in qua cū uenissent heretici disputantes cōtra catholicos coram iudicibus cōmunibus. & multa essent uerba hinc et inde. de mandato iudicis quilibz libz scripserunt. inter quos iudex p̄legit ratios beati dominici. et cum adhuc uacillarēt iudices cōsenserūt ut fierz ignis in mediū. et p̄icerentur in eo duo libelli. ille beati dominici. et alius q̄ uidebat fulcīt meliorib⁹ ratioib⁹ ex parte hereticorū. ut ignis p̄baret que fides et melior et certior esset. Cum autē liber beati dñici p̄iceretur resiliit ter illesus. liber autē heretici. cōtinuo ut iniectus est totus cōbustus ē. Item in uita Eugenie uirginis legit̄ quodā sancto episcopo qui eā recepit inter monachos ut monachus. q̄ cum esset puer in signū fidei et in oēcie prunas ardentes portabat in uulnibus suis. nec ledebat ab igne. Cum autē quidā hereticus uenisset ad populū cui p̄erat pestiferos errores disseminans quos disputādo corā populo defendere uolebat. ait sanctus. ueniamus ad argumentū fidei et fiat ignis ut p̄bet cui⁹ sit fides uera. Cū hoc factum esset. et hereticus nollet intrare. sed diceret q̄ prior intraret episcopus. facto signo crucis sanctus prior intrauit. status est oīs illesus in medio flāme quasi p̄ duas horas. cum autē hereticus nollet intrare. populi hoc uidētes intus p̄icerūt eum. sanctus autē eū semiustū anteq̄z omīo esset suffocatus ab igne extraxit. et eū cū dedecore a p̄ria eiecit. in sancto autē ep̄o nullū ignis uestigiū fuit. Idem uidet̄ exemplū quod ponit Iero. in uitis patrū de sancto Coprete et heretico manicheo. Sexto fides a periculis liberat. deus em merito fidei eripuit hoīem a periculis animarū et corporū. sicut abrahā ut dicunt hebrei de igne caldeo. in quo p̄icerūt eū. quia nolēbant adozare ignē quē ipsi colebant. similiter tres pueros de fornace chaldeorū. Dan. iii. dixit nabugodo. Benedictus deus qui liberauit seruos suos. quia crediderūt in eū zc. similiter Dan. vi. Liberauit dani. de lacu leonū. Et dicitur ibi. Nulla lesio iuenta est in daniēle quia credidit in deo suo. Similiter in nouo testamento uel tēpore gratie merito fidei a diuersis periculis s̄m q̄ sibi et aliis erat utile eos domin⁹ liberauit. ex ipsis. et in ipsis periculis aduersarios incredulos puniēdo. heb. xi. Sancti p̄ fidez zc. obtinuerūt ora leonū zc. Et post. Et omēs hii testimonio fidei p̄bati inuēti sunt. Glosa. Melius tunc liberat q̄n patientiā in tribulatione p̄stat. Ecōtra increduli periculis opprimuntur. ut dicit baruth. i. de iudeis. Quia eramus incredibiles ad deū nrm. et dissipati recessimus ne audiremus. aduenerūt nobis mltā mala et maledictiones zc. Credētes autē liberat deus. ut dicit tob. iii. hoc habet p̄certo omīs qui colit te zc. Septimo fides hostes supezat tam corporales q̄z spirituales. De spiritualib⁹ dicit̄. i. pe. v. Aduersari⁹ uester dyabolus tanq̄z le rugiēs circuit querens quē deuoret. De corporalibus. heb. xi. Omnes hii per fidem uicerūt

regna zc. Hoc fuit antiquitus pbatu mltis et mirabilibus victoriis. Primo quia deus p pau eos simplices & debiles superauit & acqsiuit omia regna mudi & sue fidei subiugauit. Itz constantinus postqz fidē suscepit uexillo crucis armatus maxentiu superauit. & iperiu obtinuit. In passione iohis & pauli cum uotum fecisset gallicanus. q si uiceret infinita multitudinē barbaroz q in xpm cerderet. prius de sperans de uictoria uicit eos fidei uirtute. Similiter in uita beati Remigii. & .ii. li. hystoriarum. Greg. turoñ. dicit. q cum clodoueus primus francoz rex uideret suos uinci desperas de uictoria uouit si uiceret q fieret christianus qui statim uicit alemānos om̄s. ¶ In exaltatione sancte crucis legit. q cum filius cosdroe rex psarum cōtra heracliu iperatozē pugnaret cōdixerūt duellū duo principes super pontem tali conditōe q deus ostenderet & exercitus sequeret pncipez cuius fides uera ex uictoria mōstraret. Vicit & occidit tyrannū heracliu uirtute fidei. Et perse facti sūt christiani. Itz legit in tripertita hystoria li. xii. q huius q uenerant de sitia frequētes irruptiones faciebāt cōtra burgundiones qui habitabat iuxta ripas reni qui tunc gentiles erant et fabri lignarii. Cum aut eos sepe uinceret & diriperet. habuerunt mutuū colloquiū q nō homi. sed alicui deo se conferrēt potente eos a dictis hostibus defendere & ei seruiret. & in hoc recedit eoz cōsiliū q illi deo se conferrēt qui erat ceteris potentior. & ille uidebat esse deus romanoz. qui iam erāt xpiani p quē omnia uincebāt. & uenientes ī unā ciuitatem gallie ut addiscerēt ibi quō eum colerent. instructi sunt ab episcopo ei⁹ ī fide. & baptizati. et cū fide sumētes audacia ea armati cū trib⁹ milib⁹ occurrerūt exercitui hunoz. & decem milia cum rege eoz occiderūt & alios fugauerūt om̄s. ¶ Item q pualeat fides nostra fidei iudeoz patet. quia qzdiu fidem dei tenuerunt ope & ueritate sp uicerūt. quia angelicas uirtutes secū habuerūt in preliis. sicut patet in regū quartuoz libris. Iosue & machabeoz. Sed ex quo xpm negauerunt semper postea a christianis uicti fuerūt. & angelice uirtutes ab eis recesserūt. que audite sunt denocte clamare in tēplo. ut dicit in .v. egisippi & ī iosepho et ecclesiastica hystoria. transeamus ab his sedibus. ¶ Q. melior sit fides nostra credētia hereticoz patet ex mltis uictoriis theodosii cōtra iperatozes & populos arrianos. Legit in gestis francoz ut dicit beatus Greg. turoñ. libro .ii. xxxv. ca. q cū Clodoueus factus esset xpianus & uideret arrianos dnari per totā burgundiā & hispaniā & p totam fere galliā. ait suis pncipibus qui nuper fidez receperāt. ualde moleste fero q uideo hereticos arrianos occupātes pres maximas galliarū ipugnemus regem eoz alaricu. qui est apud pictau. sed sciam⁹ primo dei uoluntatē. Misit ergo sollennes nūcios turoñis cum muneribus ad beatū Martmū qui ibi ia

cebat sepultus ut rogaret dominū q daret ei signū aliquod diuine uolūtatis. Cum aut obtulissent nuntii q ibi mittebant. cum ozarent. responso aut signo certificari incepit pcentoz antiphonaz subito. & p̄mixisti me uirtute ad bellū zc. Admirati nūtiū hoc. gratias agentes dño suo retulerūt p responso accipientes totā seriem uerboz sequentiū. cōfisi de uictoria arma mouerūt. Cum aut nō possent trāsire fluuiū que nāā timuerūt. & ozate clodoues misit de⁹ ī exercitu ceruā mire magnitudis que eos p̄cessit. uadū docens. Cūqz obsiderēt urbē pictau. farus ignitus et splendēs uisus ē egredi de ecclesia beati hylarii & uenire super clodouē. in signū q beatus hylarius qui lux patrie fuerat. & sepe cōtra hereticos conflixerat lumīne sue cōsolatōis adiuuans faceret eū uicere acies hereticoz. qui ofusus uiso pugnauit & obtinuit urbem et thesauros alarici. ipm qz & suos occidit & uicit. ¶ Octauo fides inducit fiduciam ipetrando. Iac. i. Si quis uestruz indiget &c. postulet aut in fide nihil hesitans. Math. xxi. Si habueritis fidē & nō hesitaueritis. non soluz &c. Sed si huic monti dixeritis tolle & mitte te ī mare fient om̄ia. & quecuqz petieritis in ozatōe credētes accipietis. ¶ Itē cum in quibusdaz ptibus oppressissent gentiles catholicos. & sustinerēt eos uiuere sub tributo. Cum rector illi⁹ terre cōuocasset episcopos & sacerdotes ut de fide ratōez redderēt. & nostri cōfutarent gentiles. & de fide ratōz reddēdo. & eoz errozē cōfutādo. hoc quesuit dict⁹ iudex eoz si dixerat. eps si habueritis fidem zc. Math. xxi. Respōdētibus q sic. ergo aut uos tali die montē illuz qui ē in terra mea in mare fm lege uestra trāsferetis. aut lex uestra falsa apparebit. et uos sicut infideles capitalē sententiā sustinebitis. Cū aut diēs ad hoc esset assignata & indixissent catholici ieiuniū & ozationem cū ad diē uenirēt mesti clerici & sacerdotes quesuit causam. & audiēs eam quidaz faber catholicus martello assumpto ad locuz pedis montis iuit ubi erat assignata & qsiuit ab episcopis si hoc diceret dñs. Et ī psis respōdentibus q sic. ait. quō ergo uos sup hoc trepidi dubitatis. & accedēs ad montē fide secur⁹. ait. montē feriens de martello in nomine dñi ihesu qui hoc dixit. p̄cipio tibi ut hinc te trāsferas o mo n s ī mare. qui statim subito p̄ceptū impleuit. Econtra infidelitas nō ipetrat quod petit. Iac. i. Non estimer homo qui hesitat ī fide q accipiat aliquid. Math. xvii. De demone lunatico quē nō potuerūt discipuli eicere p̄pter incredulitatē suā. Et post. Amē dico uob si habueritis fidē &c. ¶ Nonno fides p̄stat constantiā sustinēdi. nam uirtute fidei fideles patienter sustinent tribulacōes. afflictōes. infirmitates & hmōi. uirtute etiāz fidei martyres horrenda & exquisita tormēta sustinuerūt. non solū patiēter sed & gaudenter. Iuxta illō actū .v. Ibant apostoli gaudentes &c. & Heb. xi. Sancti ludibria et uerba expti &c. & de

beata Agatha dicitur q̄ letissime & gloriater
ibat ad carcerem & quasi ad epulas inuitata.

Decimo fides facit omnia caduca & tempo-
ralia p̄cipendi. i. Job. iiii. Hec est victoria que
uicit mundū fides n̄ra. Iero. fidei totus mund⁹
diuitiarū ē. heb. xi. Fide abzahā obediuit deo
relinquens terrā. cognatōem. et patriā. nesciens
quo iret. fide moyses grandis effectus nega-
uit se esse filiū filie pharaonis zc. fide francisc⁹
benedictus. et alii sancti mundū et mūdialia
contēnentes. et tanq̄ stercoza reputantes pau-
peratē uoluntariā elegerunt. **V**ndecimo
fidelis mirificat. id ē mira signa et p̄digia facit.
i. cor. xiii. Si habuero omnē fidez. ita. ut mō-
tes transferaz zc. Mat. xvii. Si habueritis fi-
dem sicut granū synapis feruidā. scz patientē
fortem & humilē nihil impossibile uobis erit. de
hoc require supra octauo. **D**uodecimo fi-
des saluat & gloriā. Luce. vii. dixit dñs be-
ate marie magdalene. Fides tua te saluā fecit.
Et in multis aliis locis i euāgelio. multis aliis
idem dixit. i. pe. i. Reportantes finē fidei n̄re
salutē aīarum nostrarū. Mar. ul. Qui credi-
derit & baptizatus fuerit saluus erit. qui uero
n̄ crediderit cōtemnabit. tob. iiii. Filii sanctoz
sumus. & uitam illā expectamus quā dñs da-
turus est hiis qui fidem suā nunq̄ mutāt ab
illo. ap̄ls ad heb. xi. Fide enoch translatus est
in paradysum. Deniqz latroni credēti fideliter
dixit dominus. amen dico tibi hodie mecum
eris in paradyso.

DE VITIIS OPPOSITIS FIDEI. DISTINCTIO. .XX.

Distinctio de fide uidēda
ē de vitiis oppositis fidei. Et primo
de infidelitate que opponit fidei. Se-
cundo de blasphemia q̄ opponitur
actui fidei qui est cōfessio fidei. **C**irca pri-
mum cōsiderandū est primo de infidelitate
cōmuni. Secundo de heresi. Tertio de apo-
stasia a fide. **C**irca primū cōsideranda sunt
duodecim. Primo utrū infidelitas sit peccatū
Secundo in quo sit sic i subiecto. Tertio utrū
sit maximū peccatū. Quarto utrū oīs actio
infidelitatis sit peccatū. Quinto de speciebus in-
fidelitatis. Sexto de cōparatōe eoz ad inuicem.
Septimo utz cū infidelibus sit de fide publice
disputandū. Octauo utrū sint cogendi ad fi-
dem. Nono utrū sit cōmunicandū cum eis in
aliquo. Decimo utrum christianis possint infi-
deles p̄esse. **V**ndecimo utrū ritus infidelitatis
sint tolerādi. **D**uodecimo utz pueri eoz sint
inuitis parentibus baptizandi. **A**d primū
scz utrū infidelitas sit peccatū. dicendū q̄ infide-
litas d̄pliciter accipi potest. Vno modo secū-
dum purā negatōem. ut dicat infidelis ex hoc
solo q̄ nō habet fidem. Alio modo potest intel-
ligi infidelitas s̄m cōtrarietate ad fidem. quia
scz aliquis repugnat auditui fidei. uel etiā cō-
temnit ipsaz s̄m illud ysa. l. Quis credidit au-
ditui n̄ro. & in hoc pp̄te perficit ratio infide-
litas. & s̄m hoc infidelitas est peccatū. Si autē

accipiatur infidelitas secundū negatōem purā
sicut in illis q̄nī nihil audierūt de fide n̄ habz
ratōem peccatū. sed magis pene. quia talis igno-
rantia diuinoz ex peccatōe primi parētis subsecu-
ta est. Qui autē sic sunt infideles damnant q̄-
dem p̄pter alia peccata que sine fide remitti n̄
possunt. non autē damnant p̄pter infidelita-
tis peccatū. **V**nde dñs dicit Job. ix. Si nō uenif-
sem & locutus nō fuisset eis. peccatū nō habe-
rēt. Quod exponēs Aug⁹. dicit. q̄ loquit de
illo peccato quo nō crediderūt xpm. **A**d se-
cundū scz i quo sit sic i subiecto. dicendū q̄ pec-
catum quodlibet est i illa potētia que ē princi-
piū actus peccati. Actus autē peccati potest esse
duplex principū. Vnum quidē primū & uni-
uersale quod ipoztat oēs actus peccatoz. & h̄
principū est uolūtas. quia omne peccatū est uolū-
tariū. Aliud autē principū actus peccati est p̄-
cipium et p̄ximū. quod elicit peccatū actū sicut cō-
cupiscibilis ē principū gula & luxurie. Et se-
cundū hoc gula & luxuria dicunt esse i concu-
piscibili. Dissentire autē qui ē p̄p̄ius actus infi-
delitatis est actus intellectus s̄z moti a uolūta-
te sicut & assentire. Et ideo infidelitas sicut et
fides est quidē i intellectu sicut i p̄ximo subie-
cto. In uoluntate autē sicut in primitiuo. & se-
cundū hoc dicit esse omne peccatū in uoluntate ut
supra dictū est. **A**d tertū scz utrū infideli-
tas sit maximū peccatū. Dicendū q̄ omne pec-
catum formaliter cōsistit i auersione a deo ut
dictū est. unde tanto aliquod peccatū est graui⁹
quanto p̄ ipm homo magis a deo separat. per
infidelitatem autē maxime hō a deo elongat.
quia nec uerā dei cognitōem habet. per falsā
autē cognitōem ipsius nō appropinquat ei. sed
magis ab eo elongat. Nec potest esse q̄ quantū
ad quid deū cognoscat qui falsam opinionēz
de ipso habet. quia id quod ipse opinatur nō
est deus. **V**nde manifestū est q̄ peccatū infideli-
tatis est maius omnibus peccatis que attingunt
i peruersitate moz. Secus autē ē de peccatis op-
positis aliis uirtutibus theologis. ut infra di-
cetur. **A**d quartum scz utrū quelibet actio
infidelis sit peccatū. dicendū q̄ sicut supra dictū
est. peccatū mortale tollit gratiā gratū facien-
tem. non autē totaliter corrumpit bonū natu-
re. **V**nde cū infidelitas sit quoddā peccatū mor-
tale. infideles quidē gratia carent. remanet tñ
in eis aliquod bonū nature. **V**n̄ manifestum
est q̄ infideles nō possunt operari opa bona.
que sunt ex gratia scz opera meritoria. tñ opa
bona ad que sufficit bonū nature aliqui ope-
rari possunt. **V**nde n̄ oportet q̄ in omi opoze
suo peccent. sed quādoqz aliquod opus ope-
rant ex infidelitate tunc peccant. Sicut em̄ ha-
bens fidem potest aliquod peccatū cōmittere in
actu que non refert ad fidei finē. uel uenialitē
uel etiā mortaliter peccando. ita infidelis potest
aliquē bonū actū facere in eo q̄ non refert ad
finem infidelitatis. **A**d quintū scz que &
quot sunt species infidelitatis. dicendū q̄ quilibet
virtus cōsistit in hoc q̄ attingat aliqz regulaz

cognitionis uel operationis humane. ut supra dictum est. attingere aut regulam est uno modo circa unam materiam. sed a regula deuiare contingit multipliciter. & ideo uni uirtuti multa uicia opponuntur. Diuersitas aut uicioꝝ que unicuique uirtuti opponitur. potest considerari dupliciter. Vno modo secundum diuersam habitudinem ad uirtutem. & secundum hoc determinate sunt quedam species uicioꝝ que opponitur uirtuti. sicut uirtuti morali opponitur unum uicium secundum excessum ad uirtutem. & aliud uicium secundum defectum a uirtute. Alio modo potest considerari diuersitas uicioꝝ rum oppositorum uni uirtuti secundum corruptioem diuersorum que requiruntur ad uirtutes. & secundum hoc uni uirtuti puta temperantie. uel fortitudinis opponuntur infinita uicia. secundum quod infinitis modis contingit diuersas circumstantias uirtutis corrumpi. ut a rectitudine uirtutis recedat. Vnde & pythagorici malum posuerunt infinitum. Sic ergo dicendum est quod si infidelitas attendatur secundum comparationem ad fidem diuersae sunt infidelitatis species & numero determinate. Cum enim peccatum infidelitatis consistat in renitendo fidei. hoc potest contingere dupliciter. quia aut renititur fidei non dum suscepte. & talis est infidelitas paganorum siue gentiliu. aut renititur fidei christiane susceptae uel in figura. & sic est iudeorum. uel in ipsa manifestatione ueritatis. & sic est infidelitas hereticorum. Vnde in generali possunt assignari tres praedictae species infidelitatis. Si uero distinguantur infidelitatis species secundum errorem in diuersis que ad fidem pertinent. sic non sunt determinate species infidelitatis. Possunt enim errores in infinitum multiplicari. ut patet per Augustinum in libro de heresibus. Ad sextum scilicet de comparatione specierum infidelitatis adiuuante. dicendum quod in infidelitate possunt duo considerari. quorum unum est comparatio eius ad fidem. & ex hac parte aliquis grauius contra fidem peccat qui fidei renititur suscepte. quibus qui renititur fidei non dum susceptae. sicut grauius peccat qui non implet quod promissit. quibus si non implet quod nunquam promissit. & secundum hoc infidelitas hereticorum qui profitentur fidem euangelii & eis renituntur corruptores ipsorum grauius peccat. quibus iudei qui fidem euangelii nunquam susceperunt. Sed quia susceperunt eius figuram in ueteri lege quam male interpretantes corrumpunt. ideo etiam eorum infidelitas est grauius peccatum quibus infidelitas gentiliu. qui nullo modo fidem euangelii susceperunt. Aliud quod in infidelitate consideratur est corruptio eorum que ad fidem pertinent. & secundum hoc cum in pluribus errant gentiles quibus iudei. & iudei quibus heretici. grauius enim est infidelitas gentiliu quibus iudeorum. & iudeorum quibus hereticorum. nisi forte quorundam. puta manicheorum quibus etiam circa credibilia plus errant quibus gentiles. Harum tamen duarum grauitatum prima praeponderat scilicet quantum ad rationem culpe. quia infidelitas habet rationem culpe. ut supra dictum est. magis ex hoc quod renititur fidei. quibus ex hoc quod non habet ea quae fidei sunt. Hoc enim uideatur ut dictum est magis ad rationem pene pertinere. Vnde simpliciter lo-

quando infidelitas hereticorum est pessima. Ad septimum scilicet utrum cum hereticis uel aliis infidelibus sit publice disputandum. dicendum quod in disputacione fidei duo sunt consideranda. unum quidem ex parte disputantis. aliud autem ex parte audientiu. Ex parte quidem disputantis est consideranda intentio. si enim disputet tanquam de fide disputans. & ueritatem fidei per certo non supponens sed argumentis experiri intendens. proculdubio peccat tanquam dubius de fide & infidelis. Si autem disputet aliquis de fide ad confutandum errores uel etiam ad exercitium laudabile est. Ex parte uero audientiu considerandum est utrum illi qui disputacionem audiunt sint instructi. et firmi in fide. aut simplices & infidelitubantes. & coram quidem sapientibus in fide firmis nullum periculum est disputare de fide. Sed circa simplices est distinguendum. quia aut sunt solliciti siue pulsati ab infidelibus. puta iudeis uel hereticis siue paganis intendentibus uel nitentibus corrumpere in eis fidem. aut omnino non sunt solliciti super hoc. sicut in terris in quibus non sunt aliqui infideles. In primo casu necessarium est publice disputare de fide. dummodo inueniantur aliqui ad hoc sufficientes & idonei qui errores confutare possunt. Per hoc enim simplices in fide firmabuntur & tollerentur infidelibus decipiendi facultas. & ipsa taciturnitas eorum qui resistere deberent peruentibus fidei ueritatem esset erroris confirmatio. Vnde Gregorius in ii. pasto. sicut enim intacita loquutio in errorem perabit. ita indiscretum silentium eos qui erudiri poterant in errore derelinquit. In secundo uero casu periculosum est publice disputare de fide coram simplicibus. quorum fides ex se est firmior quod nihil diuersum audierunt ab eo quod credunt. & ideo non expedit eis ut uerba infidelium audiant disputantium contra fidem. Ad octauum scilicet utrum infideles sint ad fidem compellendi. dicendum quod infidelium quidem sunt qui nunquam fides susceperunt. sicut gentiles & iudei. & tales nullo modo sunt ad fidem compellendi ut ipsi credant. quia credere uoluntatis est. sunt tamen compellendi a fidelibus si facultas affert. ut fidem non impediunt uel blasphemis uel malis persuasionibus. uel etiam apertis persecutionibus. Et propter hoc fideles christi frequenter contra infideles bellum mouent. non quidem ut eos ad credendum cogant. quia etiam si eos uicissent & captiuos haberent in eorum libertate relinquerent an credere uellent. sed propter hoc ut eos compellant ne fide christi impediant. Alii uero sunt infideles qui quibusdam fides susceperunt. & eam profitentur. sicut heretici. uel quicunque apostate. & tales sunt etiam corporaliter compellendi ut impleant quod promiserunt. & teneant quod semel susceperunt. Ad nonum scilicet utrum cum infidelibus sit comunicandum. dicendum quod comunicatio alicuius persone interdictum fidelibus dupliciter. Vno modo in penam illi cui comunicatio fidelium subtrahitur. Alio modo ad cautelam eorum quibus interdictum ne alii coicent. & utraque causa ex uerbis apostoli accipi potest. i. cor. v. Nam postquam sententiam excommunicationis protulit subdit

pro ratione. Nescitis quia modicus fermetur totam massam corripit. & postea ratom subdit ex parte pene p iudiciu ecclesie illate. cum dicit. Nonne de hiis que sunt intus uos iudicatis. Primo igitur mo no interdicit ecclesia fidelibus comunione infidelium qui nullo mo fide christianam receperunt scz paganoꝝ uel iudeoꝝ. qui no habent de eis iudicare spiritali iudicio sed tepozali. in casu cum inter xpianos como rantes aliqua culpam committunt. & per fideles tempozaliter puniunt. s; isto mo scz in penas interdicit ecclesia fidelibus comunione illoꝝ infidelium qui a fide suscepta deuiant. uel corruendo fidem fidelium. sicut heretici. uel etia totaliter a fide recedendo. sicut apostate. In utroq; em hoꝝ excomunicatois sententia pfert ecclesia. Sed quatu ad secundu modum uidetur esse distinguendu fm diuersas conditioes psonaruz & negocioꝝ & tempoꝝ. Si em aliqui sint firmi i fide. ita q; excomunicatoe eoz; cum infidelibus couersio infidelium magis sperari possit q; fidelium auersio. non sunt phibendi infidelibus comunicare. qui fidem no susceperunt scz paganis uel iudeis. & maxime si necessitas urgeat. Si autem sint simplices & infirmi in fide. de quoꝝ subuersione pbabiliter timeri possit phibendi sunt ab infidelium comunione. & precipue ne magna familiaritate cum eis habeant uel absq; necessitate eis comunicent. Ad de cimum scz utru infideles possint habere plationem uel dominium sup fideles. dicendum q; circa hoc dupliciter loqui possumus. Vno modo de dominio uel platione infidelium sup fideles de nouo instituenda. & hoc nullo modo pmitteri debet. Cedit em hoc in scandalu & i periculum fidei. De facili em illi qui submittunt alioꝝ iurisdictioni imitari possunt ab eis qbus subsunt ut sequant eoz; imperium. nisi qui subsunt fuerit magne virtutis. & similiter infideles contemnunt fidem si infidelium defectus cognoscant. Et ideo apostolus phibuit q; fideles non contendant iudicio cora iudice infideli. & ideo nullo modo pmitteri ecclesia q; infideles acquirant dominium sup fideles. uel qualitercuq; eis pficiantur in aliquo officio. Alio modo possumus loqui de dominio uel platione iam pexistenti. Vbi considerandu est q; dominium & platio iroducta sunt ex iure humano. distinctio aut fidelium est ex iure diuino. ius aut diuinu quod est ex gratia non tollit ius humanu qd est ex naturali ratioe. Distinctio fidelium & infidelium secudu se considerata no tollit dominium uel plationem infidelium sup fideles. Potest tñ iuste p sententia uel ordinatoem ecclesie autoritate dei habentis tale ius uel dominium prelatiois tolli. quia infideles merito sue infidelitatis merentur potestate amittere super fideles qui transferunt in filios dei. sed hoc quidem ecclesia qnq; facit. quandoq; aut no facit. In illis etia infidelibus qui etiam tepozali subiectioe subiiciunt ecclesie & mebris eius hoc ius ecclesia statuit. ut seruus iudeoꝝ statim factus xpianus a ser

uitute liberet. nullo pco dato si fuerit uerna culus id e in seruitute natus. Et similiter si infidelis existens fuerit emptus ad seruitiu. Si autem fuerit emptus ad mercatoem tenet eum infra tres menses exponere ad uendendum. nec i hoc iniuria facit. quia cu ipsi iudei sint sui ecclesie potest disponere de rebus eoz; sicut & principes seculares multas leges ediderunt erga suos subditos in fauore libertatis. In illis uero infidelibus qui tepozaliter ecclesie uel eius mebris non subiacent pdictum ius ecclesia no statuit. Licet posset instrue de iure. & hoc facit ad scandalum uitandu. Sicut etia dñs Mat. xvii. ostendit q; poterat se a tributo excusare. quia liberi sunt filii. sed tñ mandauit tributū solui ad scandalum uitandu. Ita etia paulus cu dixisset q; serui dños suos honozaret subiungit. ne nomini domini & doctrina bsalphemet. Ad vnde cimum scz utru sine ritus infidelium tolerandi dicendum q; humanu regnu deriuat a diuino regimie. et ipm debz imitari. de q; aut quis sit omnipotens & summe bonus. pmittere tñ aliqua mala fieri i uniuerso q; phibere posset. ne eis sublati maiora bona tolerent. uel etia peiora mala sequerent. Sic igitur etia in regimie humano illi qui presunt recte aliq; mala tolerant ne aliqua bona ipediane. uel etia ne aliqua mala peiora incurrant. sicut Aug. dicit in li. de oz; baueris oia libidmibus. Sic igitur quis infideles in suis ritibus peccent. tolerari tñ possunt uel ppter aliquod bonu qd ex eis puenit. uel ppter aliquod malu qd uitat. Ex hoc aut q; iudei ritus suos obseruant in quibus olim pfigurabatur ueritas fidei qua tenemus. hoc bonu puenit q; testimoniū fidei nostre habemus ab hostibus. & quasi in figura nobis reputat qd credimus. & ideo i suis ritibus tolerant. Alioꝝ uero infidelium ritus qui nihil ueritatis aut utilitatis afferunt. no sunt aliquo modo tolerandi nisi forte ad aliquod malu uitandu scz ad uitandu scandalu uel discidium quod ex hoc posset puenire. uel impedimentu salutis eoz; qui paulatim sic tolerati ouertunt ad fidem. ppter h etiam hereticoꝝ & paganoꝝ ritus aliquando ecclesia tolerauit qn erat magna infidelium multitudo. Ad duodecimu scz utru pueri infidelium sint iuitis parentibus baptizandi. dicendum q; maximam habet autoritate ecclesie consuetudo q; est semp i omnibus emulanda. quia & ipa doctrina catholicoꝝ doctoꝝ ab ecclesia autoritate habet. Vnde magis e standu autoritate ecclesie q; autoritate augustini uel ieronimi uel cuiuscunq; doctoꝝ. Hic aut ecclesie usus nunq; habuit q; iudeoꝝ filii iuitis parentibus baptizarent. quis fuerint retro actis teporibus multi catholici principes potetissimi. ut constantinus. theodosius quibus familiares fuerunt sanctissimi episcopi. ut siluester constantino. & ambrosius theodosio. qui nullo modo pretermisissent ab eis hoc ipetrare. n hoc esset consonu ratioi. Et ideo periculosum uidetur hac

assertionem de nouo inducere ut preter consue-
tudinem in ecclesia hactenus obseruatā iude-
ozum inuitis parentibus filii baptizarent. Et
huius est duplex causa. una quidē ppter peri-
culum fidei. Si enī pueri nundū usum ratōis
habentes baptismū susciperent. postmodū cū
ad pfectāz etatē puenirēt defacili possent a pa-
rentibus induci ut relinquerēt qđ ignozantes
susceperūt. quod uergerz in fidei detrimentū
Alia uero ratio est. quia repugnat iustitiē na-
turali. filius enī naturaliter est aliquid patris.
Et primo quidē a parētibus nō distinguit hū-
m corpus qđdū in matris utero continet. Post
modum uero postqđ ab utero egredit anteqđ
usum liberi arbitrii habeat continet sub parē-
tum cura. sicut sub quodam spiritali utero.
qđdū enī vsuz ratōis nō habz puer. n̄ differt
ab aīali irrationali. vnde sicut bos vel equus
est alicuius ut utat̄ eo cū uoluerit secundū ius
ciuile sicut pprio istrumēto. ita de iure natu-
rali est qđ filius anteqđ habeat usum ratōis sic
sub cura patris. Vnde cōtra iustitiā naturalez
esset si puer anteqđ habeat usum ratōis a cura
parentū subtrahat̄. uel de eo aliquid ordinet̄ i
uītis parētibus. Postqđ aut̄ incipit habere vsū
liberi arbitrii iam incipit esse suus. & pot̄ quā-
tum ad ea que sunt iuris diuini uel natural̄
sibiipsi puidere. & tūc est inducendus ad fidē
non occasione. sed psuasione. Potest etiā iuītis
parentibus assentire fidei et baptizari. non
aut̄ anteqđ habeat usum ratōis. Vnde de pue-
ris antiquoz patruz dicit̄ qđ saluati sunt i fide
parentū. per quod dat̄ intelligi qđ ad parentel̄
p̄tinet puidere filiis de sua salute. precipue an-
teqđ habeant usum rationis.

DE SPE. **DISTINCTIO. XXI.**

Qonsequenter post fidē consideran-
dum est de spe. circa quā considerā-
da sūt quattuoz. Primo de habitu
spei. Secundo de eius obiecto. Terti-
o de ei⁹ subiecto. Quarto de uitiis oppositis

Circa primū considerāda sunt quattuoz.
Primo utrū spes sit uirtus. Secundo utrū sit
uirtus theologica. Tercio de distinctione ei⁹
ab aliis uirtutibus theologicas. Quarto de ordi-
dine eius ad fidem & ad caritatē. Ad primū
potest quadrupliciter accipi. scz p spe hūm qđ ē
passio. & p actū sperādī. & p re sperata. & p
habitu p quem elicitur actus sperādī. Tribus
primis modis non est uirtus. Quarto autem
modo adhuc distinguendū est. Ille enī habit⁹
potest considerari aut inquantū est informis.
aut inquantū est formatus. Primo mō nō at-
tingit ad plenā ratōm uirtutis que est p̄ficere
habentē & actuz eius. & ipsum referre debito
modo in ultimū finē. uoluntas enī in speran-
do est mouens & mota. & q̄uis sit bene mo-
bilis ad actum sperandī p habituz spei. non tū
est debito modo pfecta ad mouēdū nisi p ha-
bitū caritatis. Ad debitam aut̄ pfectionē act⁹

nō tū requirit̄ debita dispositio mobilis. sed
etiā debita pfectio mouentis. uoluntas etiā
actum suū debito modo referre nō potest i vl-
timum finē. nisi debito mō se habeat ad finēz
illum. quod sine caritate esse non potest. secū-
dum tū qđ uirtus large accipit̄ p quocūqđ ha-
bitū determinante potentiā ad aliquē actū re-
spectu obiecti debiti. sic habitus spei informis
uirtus dici potest. Si aut̄ loquamur de habitu
spei ut est formatus. sic dico qđ uirtus est sim-
pliciter. quia sibi cōueniunt omīa que requirū-
tur ad plenū esse uirtutis. habentē enī p̄ficere.
& actum eius bonū reddit. & p ipsam referē
ipse actus mō debito i ultimū finēz. qđ quidē
referri est p id quod est quasi materiale in spe
formata dispositiue & p eius formā que ē ca-
ritas cōpletiue. Ad secundū scz utrū sit uir-
tus theologica. dicendū qđ sic. quia inter uirtu-
tes cardinales & theologicas ē hec una diffe-
rentia inter alias. qđ omnis uirtus appetitiue
p̄tis deū habens p obiecto theologica est. que
aut̄ creaturā habet p obiecto est moralis. s; uir-
tus spei deū habet p principali obiecto & for-
malī. siue accipiamus eius obiectū rem spera-
tam. quia p spem extendit̄ affectus seu erigit̄
principaliter ad habendū deū. siue accipiam⁹
obiectū spei illud p cuius adiutoriū speramus
nos habituros rem speratā. Per spem enī i so-
lo deo p̄cipaliter cōfidimus. ut obtineamus
rem speratā & amatam que est i se. qui enī cō-
fidit se hoc posse p hōiem principaliter obime-
re maledictus ē. Iuxta illud Iere. xvii. Maledi-
ctus homo qui cōfidit in hōie & ponit carnes
bzachiū suū. Licet aut̄ spes sit media inter duo
uitia scz p̄sumptionē & desperatōm. quod est
pprium uirtutū moralū. quia uirtus theolo-
gica nō cōsistit i medio duoz uitiōz ut supra
dictū est. hoc tū non tollit quin sit uirtus the-
ologica. quia mediū accipit̄ i regulatis & mē-
suratis hūm qđ regula uel mensura attingit̄. se-
cundū aut̄ qđ excedit̄ regula est supfluū. secū-
dum aut̄ defectum a regula est diminutū. In
ipsa aut̄ regula mēsurā nō est accipere mediū
& extrema. Virt⁹ aut̄ moralis est circa ea que
ratione regulātur. sicut circa ppziū obiectū. et
ideo p se cōuenit ei esse in medio ex parte pro-
pziū obiecti. sed uirt⁹ theologica est circa ipsaz
regulam primā nō regulatam alia regula. sic
circa ppziū obiectū. Et ideo p se & secundū
ppziū obm non cōuenit uirtuti theologice
esse in medio. sed potest sibi cōpetere p accidēt̄
ratione eius quod ordinat̄ ad principale obm
sicut fides nō potest habere mediū & extre-
ma in hoc qđ innitat̄ prime ueritati cui nullus
potest nimis inniti. sed ex parte eoz que credit̄
potest habere mediū & extrema. sicut vnū ve-
rum est mediū inter duo falsa. Et similiter spes
non habet mediū & extrema ex pte principal̄
obiecti. quia diuino auxilio nullus potest ni-
mis inniti. sed quantū ad ea que cōfidit aliqs
se adepturū potest ibi esse mediū & extrema.
inquantū uel p̄sumit ea que sunt supra suam

propoztionē vel desperat de hiis que sunt sibi propoztionata. **A**d tertium scz de distinctōe spei ab aliis uirtutibus theologis. dicendū qz uirtus aliqua dicitur theologica ex hoc qz habet deum p obiecto cui inheret. Potest aut aliqs alicui rei inherere dupliciter. vno modo ppter seipsum. Alio modo inquantū ex eo ad aliud deuenit. Caritas igit facit hoīem deo inherere ppter seipsum uolūtate; hoīs uniens deo per affectū amoris. spes aut & fides faciunt hoīez inherere deo. sicut cuidā principio ex quo aliqua nobis pueniūt. De deo aut puenit nobis & cognitio ueritatis. et adeptio pfecte bonitatis. Fides igit facit hoīez deo adherere. inquantū est nobis pncipiū cognoscendi ueritatē. credimus em ea uera esse que nobis a deo dicunt. Spes at facit deo adherere. put est nobis pncipiū pfecte bonitatis. inquantū scz p spem diuino auxilio inītimur ad beatitudiez obtinēdam. **A**d quartū scz de ordīe spei ad fidē & caritatē. dicendū qz fides absolute precedit spem. obiectū em spei est bonū futurū arduū possibile haberi. Ad hoc ergo qz aliquis speret requirit qz obiectū spei pponat ei ut possibile. Sed obm spei ē uno modo beatitudo eterna. & alio modo auxiliū diuinū. ut ex pdictis patet. & utrūqz eoz pponit nobis p fidez p quā nobis innotescit qz ad uitam eternā possum puenire. & qz ad hoc paratū est nobis auxiliū secundū illud heb. xii. **A**ccedentē ad deū oportet credere quia est. & quia diligentibus se remuneratoz est. unde manifestū est qz fides pcedit spem. caritate; uero pcedit spes vno mō. & alio modo nō. **A**d cuius euidentiā sciendū est. qz duplex est ordo. vnus quidez fm uiam generationis & nature. fm quā iperfectū prius est pfecto. alius aut ordo pfectionis est & forme secundū quē pfectum naturaliter prius est iperfecto. **S**ecundū igit primum ordinem spes est prior caritate. quod sic patz. quia spes & omis appetitiuus motus ex amore deriuat ut supra habitum est cum de passione agerēt. **A**mor aut quidā est pfectus quidā iperfectus. **P**erfectus quidē amor est quo aliquis secundū se amat. utpote cui aliquis uult bonū. sicut hō amat amicum. **I**mperfectus aut amor quo aliqf aliquid amat nō secundū ipsum. sed ut id bonū sibi pueniat. sicut homo amat rem quā cōcupiscit. **P**rimus aut amor dei pmet ad caritatem que inheret deo fm seipsum. sed spes pmet ad secundū amozē. quia ille qui sperat. sibi aliquid obtinere intendit. & ideo ī uia generationis spes est prior caritate. Sic em aliquis introducit ad amandū deū p hoc qz omnes recedentes ab ipso punit & cessat a peccato. ut **A**ugust. dicit sup primā can. 10. ita etiā & spes introducit ad caritatē inquantū sperans remunerari a deo attendit ad amandū deū. & seruandū pcepta eius. sed secundū ordinē pfectionis caritas naturaliter prior ē. **E**t ideo adueniente caritate spes pfectior reddit. qz de amicis maxime speramus. & hoc modo dicit **A**m-

brofius qz spes est ex caritate.

DE OBIECTO SPEI. DIS. XXII.

Quia secundum principale scz de obiecto spei cōsiderāda sunt tria. **P**rimo utrū beatitudo eterna sit obiectum spei. **S**ecundo utrū possit aliquis sperare beatitudinē alterius. **T**ercio utrū possit aliquis licite sperare in hoīe. **A**d primum scz utrū obiectū spei sit eterna beatitudo. dicendū qz sicut dictū est spes de q loquimur attingit ad deum inuitēs eius auxilio ad cōsequendū bonū speratū. oportz aut effectū esse propoztionatū. & ideo bonū quod pprie & pncipaliter a deo sperare debem⁹ est bonū ifinitum quod propoztionat virtuti dei adiuuātis. **N**am infinite uirtutis est pprium ad infinitū bonum pducere. hoc aut bonū est uita eterna que in fruitōe ipsius dei consistit. non em min⁹ aliquid a deo sperandū est. qz sit ipse. cum nō sit minor eius bonitas p quā bona creature cōmunicat qz eius essentia. & ideo pprius & pncipale obm spei est beatitudo eterna. **A**d secundum scz utrū possit homo sperare beatitudinem alterius. dicendū qz spes potest esse alicuius dupliciter. **V**no mō quidez absolute. & sic est solum boni ardui ad se pntentis. **A**lio modo ex psumptione alterius. & sic potest eē etiā eoz que ad alium pmet. **A**d cuius euidentiā sciendū est qz amor & spes ī hoc differūt qz amor ipoztat quādam unione; amantis ad amatum. spes aut ipoztat quendā motū siue pntensionē appetitus in aliquod bonū arduū. vnio aut ē aliquoz distinctoz. **E**t ideo amor directe potest respicere alium quē sibi aliquis unī p amozem. habens eū sicut seipsum. motus aut semp ē ad pprium terminū propoztionatum mobili. & ideo spes respicit directe pprium bonū. nō aut id quod ad aliū pmet. s; psupposita unione amoris ad alterū iam aliqf potest desiderare & sperare aliquid alteri sicut sibi. & fm hoc aliquis potest sperare alteri uitam eternā inquantūz ē ei vnitus p amozem. & sicut est eadē uirtus caritatis qua qs diligit deū. seipsum. & pximum. ita etiā ē eadē uirtus spei qz quis sperat sibi ipi et aliū. **A**d tertium scz utrū licite possit aliquis sperare in homine. dicendū qz spes sicut dictū est duo respicit scz bonū quod obtinē intendit. & auxiliū p quod illud bonū obtinē. bonū aut qd quis sperat obtinendū habz ratiōem cause finalis. auxiliū aut p quod quis sperat illud bonū obtinere habet ratiōem cause efficiētis. **I**n genere aut utriusqz cause inueniē pncipale & secundarium. pncipalis em est finis ultimus. secundarius aut finis est bonū qd est ad finem. **S**imiliter pncipalis causa agens ē primum agēs. secundaria uero causa efficiens est agens secundarium instrumētale. spes aut respicit beatitudinem eternā sicut ultimū finē. diuinum aut auxiliū sicut primā causam inducentē ad beatitudinē. **S**icut igitur nō licet sperare aliquod bonū preter beatitudinē sicut ultimū finem.

sed solum sicut id quod est ad finē beatitudinis ordinatum. ita non licet sperare de aliquo homine ul' de aliqua creatura sicut de prima causa mouente i beatitudine. Licet autē sperare de aliquo hoīe uel aliqua creatura sicut de agente secundario & instrumētali p qd aliquid adiuuatur ad quecūq; bona consequēda in beatitudine ordinata. & hoc modo ad sanctos cōuertimur. & ab hoībus aliqua petimus. & uituperantē illi de quibus aliquis confidere non potest ad auxiliū ferendum.

DE SVBIECTO SPEI. DIS. XXIII.

QUarta tertium principale scz de subiecto spei consideranda sunt quattuor. Primo utrū virtus spei sit in uoluntate sicut in subiecto. Secundo utrū sit in beatis. Tertio utrū sit i damnatis. Quarto utrū i uiatozibz habeat certitudinē. **A**d primum scz utrū spes sit i uoluntate sicut i s'bo. dicendū q sic ex dictis patet. habitus cognoscunt p actus. Actus autē spei est quidā motus appetitiue p'is cum sit obiectū eius bonū. Cū autē sit duplex appetitus in hoīe. scz appetitus sensitiuus qui diuidit p irascibile & cōcupiscibilem. et appetitus intellectiuus qui dicit uoluntas. ut supra habitū est. Similes autē motus q sunt in appetitu inferiori cum passione. sunt i superiori sine passione. ut ex supra dictis patet. Actus autē virtutis spei non potest p'inerē ad appetitū sensitiuū. quia bonū quod ē obiectus principale hōi uirtutis nō est aliquid bonū sensibile. sed bonū diuinum. Et ideo spes est in appetitu superioris qui dicit uoluntas sicut i subiecto. non autē in appetitu inferiori ad quē p'inet irascibilis. **A**d secundū scz utrū spes sit i beatis. dicendū q subtracto eo qd dat speciem rei soluit species. & res non potest eadez remanere. sicut remota forma corporis naturalis nō remanet idem s'm speciem. spes autē recipit speciem a suo obiecto p'icipali sic et cetera uirtutes ut ex supradictis patet. obiectū autē p'icipale eius est beatitudo eterna. secundū q est possibilis haberi ex auxilio diuino ut supradictū est. quia bonū arduū possibile nō cadit sub ratione spei nisi secundū q est futurū. ideo cū beatitudo iam nō fuerit futura sed p'sens non potest ibi esse uirtus spei. & ideo spes sic & fides euacuatur in p'ia. & neutrum eozū esse potest in beatis. **A**d tertium scz utrū in dānatis i inferno possit esse spes. dicendū q si nomē inferni ita generaliter accipiat q extendatur ad locum purgatozī & limbū i quo sancti patres erant ante aduentū christi. cōcedendū est q in inferno fuit spes. In existentibus em i limbo erat uirtus spei. cū gratiā haberent gratis facientē. nec ante mortē xpī deū clare uiderēt. Similiter dicendū est de illis qui sunt in purgatorio. qzuis em illi essent certi de sua salute futura. & isti similiter. nō p'pter hoc neganda est in eis spes fuisse. Securitas em cōsequēdi bonū arduū spei non repugnat. sed magis cōcordat. cum spei ueniat certitudo securitatis

quantū est ex parte sua. & ratōe eius cui incipitur. qzuis sperās dubitare possit. & timere de absoluta cōsecutōe rei sperate p'pter liberi arbitrii ueritatem i malū que nō est i existentibus i purgatorio. nec erat in existentibus i limbo. **S**i autē restringat nomē inferni ad infernū damnatozū. sic dicendū q i inferno nunq; fuit spes. quia dānati ad cumulū dānatiōis sue certi sunt de p'petuitate sui supplicii. & impossibilitate cōsequēdi salutē. spes autē non est respectu boni ardui. nisi absentis apprehensi ut possibile adipisci. Est em obiectū spei bonum summe arduū apprehensum. ut absens possibile adipisci. **A**d quartū scz utrū i uiatozibz spes habeat certitudinē. dicendū q certitudo inuenit in aliquo dupliciter. scz essentialiter & p'icipatiue. Essentialitē quidē inuenit in uī cognitiua. Participatiue autē i omī eo qd a uī cognitiua mouet infallibiliter ad finē suū. secundum quē modū dicit q natura certitudinalitē operat tanq; mota ab intellectu diuino certitudinaliter mouete vnūquēq; ad suū finem. & p hunc etiā modū uirtutes morales certius arte dicunt opari inquantū p modum nature mouent a ratōe ad suos actus. & sic etiā spes certitudinaliter tendit ad suū finem qsi participans certitudinē a fide q ē i uī cognoscitiua.

De uitiis oppositis spei uidelicet p'sumptiōe & desperatōe req're infra tertio libro.

DE CARITATE. DIS. XXIII.

QUonsequenter cōsiderandū est de caritate. Circa quā consideranda sunt sex. Primo de caritate secundū se. Secundo de caritate p cōparatōem ad subiectū. Tertio de obiecto caritatis id est de diligēdis ex caritate. Quarto de ordine diligēdozū. Quinto de actibus caritatis. Sexto de uitiis oppositis. **C**irca primū scz de caritate secundū se cōsideranda sunt octo. Primo utrū caritas sit idē qd amicitia. Secundo utrū caritas sit quid creatū in anīa. Tertio utrū sit uirtus. Quarto utrū sit uirtus specialis. Quinto utrū sit una uirtus. Sexto utrū sit maxima uirtutū. Septimo utrū sine caritate possit esse salus ul' uera uirtus. Octauo utrū sit forma uirtutum. **A**d primū scz utrū caritas sit amicitia. dicendū q s'm p'hm. viii. ethi. Nō quilibet amor habet ratōem amicitie. sed amor qui est cum beniuolentiā. qn scz sic amamus aliquē ut ei bonū uelimus. **S**i autē rebus amatis non bonū uelimus sed ipm eozū bonū uelimus nobis. sicut dicimur amare uinū aut equū ul' ali quid hōi. non est amor amicitie. sed cuiusdā cōcupiscētie. Ridiculū em est dicere q aliquis habeat amicitia ad uinū ul' ad equū. Sed nec beniuolentiā sufficit ad ratōem amicitie. sed requirit quedā mutua beniuolētie amatio. qz amicus est amico amicus. Talis autē mutua beniuolentiā fundat sup aliqua cōmunicatiōne. Cum igit sit aliqua cōmunicatiō hōi ad deū s'm q nobis suā beatitudinē cōicat super hac cōmunicatiōe oportet aliqz amicitiam fūdari.

de qua quidē cōmunicatiōe dicitur .i. ad cor. .i. Fidelis deus p̄ quē uocari estis in societatez filii eius. Amoz autē super hac cōcatōe funda tus est caritas. vñ manifestū est q̄ caritas ami citia quedam est hominis ad deū. **¶** Ad secū dum sc̄z utrū caritas sit quid creatū in aīa. di cendū q̄ magister p̄scrutat hanc questionē in .xvii. d. primi libri sententiā. & ponit q̄ cari tas nō est aliquid creatū in aīa. sed est ipse spi ritus sanctus mentē inhabitās. nec est sua iten tio q̄ iste motus dilectōis quo deū diligimus sit ipse spiritus sanctus. sed q̄ iste motus dile ctionis est a spiritus sancto nō mediāte aliquo habitu. sicut aspectus sunt alii actus virtuosi mediantibus habitib⁹ aliarū uirtutū. puta ha bitu spei aut fidei aut alicuius alteri⁹ uirtutis. & hoc dicebat p̄pter excellentiāz caritatis. sed si quis recte consideret hoc magis redundat ī caritatis detrimētū. Non em̄ motus caritatis ita p̄cedit a spiritus sancto mouente humanaz mentē q̄ humana mēs sit mota tantū & nul lo mō sit principium huius motus. sic cū ali quod corpus mouet ab aliquo exteriori mouē te. hoc em̄ ē cōtra ratiōem uolūtariū cuius opoz tet principiu in ipso esse sicut supra dictū est. **¶** Vnde sequeret q̄ diligere nō esset uoluntariū quod implicat cōtradictōez. cum amoz de sui ra tione impoztet q̄ sit actus uoluntatis. Simili ter etiam nō potest dici q̄ sic moueat spiritus sanctus uoluntate ad actum diligēdi sic mo uet instrumentū. quod & si sit principiu act⁹ non tñ est in ipso agere uel non agere. Sic em̄ etiam tolleret ratiō uolūtariū actus & exclu dere ratiō meriti. Cum tñ supra habitū sit q̄ dilectio caritatis est radix merendi. sed opoztet q̄ sic uoluntas moueat a spiritus sancto ad dili gendū deum. q̄ etiā ipsa sit efficiēs hūc actū. nullus autē actus p̄fecte produciē ab aliqua po tentia actiua nisi sit ei connaturalis p̄ aliquā formam que sit principiu actionis. vnde deus qui om̄ia mouet ad debitos fines singulis re bus indidit formas p̄ quas inclinānt ad fines sibi prestitos a deo. & secundū hoc disponit om̄ia suauiter. ut dicit sap. viii. Manifestū est autē q̄ actus caritatis excedit naturā potentie uolūtatis. Nisi ergo aliqua forma superadde ret naturali potētie p̄ quā inclināret ad dilecti onis actum h̄m hoc esset actus iste ip̄fectioz actibus naturalibus & actib⁹ aliarū uirtutū. nec esset facilis & delectabilis. Quod p̄ eē fal sum. quia nulla uirtus habet tantā inclinatio nem ad suū actus sicut caritas. nec aliqua ita delectabiliter operat. **¶** Vnde maxime necesse ē q̄ ad actum caritatis existat in nobis aliqua habitualis forma supaddita potētie naturali inclinans ipsam ad caritatis actū. & faciēs eā prompte & delectabiliter operari. **¶** Ad ter tiū sc̄z utrū caritas sit uirtus. dicendū q̄ act⁹ humaī bonitātē habēt h̄m q̄ regulantē debita regula & mēsurā. Et ideo humana uirt⁹ que est principiu oīm bonoz actū hōis cōsistit ī attingendo regulā humanoz actū. Que q̄

dem est duplex ut supra dictū est. sc̄z humana ratio. & ipse de⁹. vnde sicut uirtus mobilis dif finitur p̄ hoc qd̄ est actus h̄m ratiōem rectam ut patet in .ii. ethi. ita etiā attingere deū cōsti tuit ratiōem uirtutis. sicut etiā supra dictū est de fide & spe. **¶** Vñ cum caritas attingit deū. quia cōiungit nos deo. ut patz p̄ autozitatē Augustini ī libro de moribus ecclesie dicentis. Est uirtus que cum nostra rectissima affectō est cōiungit nos deo qua eum diligimus. Cō sequens est caritatē esse uirtutē. **¶** Ad quar tum sc̄z utrū sit uirtus specialis. dicendū q̄ actus & habit⁹ specificant p̄ obiecta. ut ex su pra dictis patet. p̄prium autē obiectū amozis est bonū. ut supra habitū est. & ideo ubi ē spe cialis ratio boni. ibi est specialis ratio amozis. bonum autē diuinū inquantū est beatitudinis obm̄. habet specialē ratiōez boni. Et ideo amoz caritatis qui est caritas huius boni est special amoz. vnde caritas est specialis uirtus. **¶** Ad quintum sc̄z utrū sit una uirtus. dicendū q̄ ca ritas sicut est quedā amicitia hōis ad deū. di uerse autē amicitiarū species accipiunt quidez vno modo h̄m diuersitatē finis. & secundum h̄ dicunt tres species amicitie sc̄z amicitia util delectabilis & honesti. Alio modo h̄m diuersi tatem cōmunicatiōnū in quibus amicitie fun danē. sicut alia species amicitie est cōsanguine ozum. & alia cōiuiū aut peregrinantiū. q̄ruz vna fundat sup cōmunicatiōne naturali. alia super cōmunicatiōe ciuili uel peregrinatiois. ut patet p̄ p̄m in .viii. ethi. Neutro autē istozum modozum caritas potest diuidi in plura. Naz caritatis finis est unus sc̄z diuina bonitas. est etiā vna cōmunicatiō beatitudis eterne sup quā hec amicitia fundat. **¶** Vnde relinquit q̄ caritas est una uirtus simpliciter nō distincta in plures species. **¶** Ad sextū sc̄z utrū caritas sit excellentissima uirtutū. dicendū q̄ cum bo num in humanis actibus attendat h̄m q̄ re gulanē debita regula necesse ē q̄ uirt⁹ huma na que est principiu oīm bonoz actū con sistat in attingendo humanoz actū regulā. Est autē duplex regula humanoz actū. ut su pra dictum est. sc̄z ratio humana. & deus. sed deus ē prima regula a qua etiā humana ratio regulāda est. Et ideo uirtutes theologice que cōsistunt in attingendo illā regulā primā eo q̄ eoz obm̄ est deus excellentiores sunt uirtu tibus moralibus uel intellectualibus que con sistunt in attingēdo ratiōem humanaz. p̄pter quod etiā opoztet ut etiāz inter ipsas uirtutes theologicas illa sit potioz que magis deū atti git. semp autē id quod est p̄ se. magis est eo qd̄ est p̄ aliud. Fides autē & spes attingūt quidem ipsum deū h̄m q̄ ex ipso puenit nobis uel cog nitio ueri. uel edeptio boni. sed caritas attingit ipsum deū ut in ipso sistat. nō ut ex eo aliquid nobis pueniat. Et ideo caritas est excellē tior fide & spe. & p̄ consequēs omnibus aliis uirtutibus. sicut etiā prudentia que attingit ra tione secundū se est excellētiōz q̄z alie uirtutes

mozales que attingunt ratōem secundum quod ex ea mediū constituitur in operatioibus uel passionibus humanis. **A**d septimū scilicet utrum sine caritate possit esse uera salus uel uirtus. dicēdū quod uirtus ordinatur ad bonū ut supra habitum est. bonū autē principaliter est finis. nam ea que sunt ad finem nō dicuntur bona nisi in ordine ad finem. Sicut ergo duplex est finis. uirtus ultimus & alius proximus. ita etiam est duplex bonū. unum quidem ultimum & aliud proximum & particulare. ultimum quidem & principale bonū hominis est dei fructio. secundum illud psalmi. *Mibi adherere deo bonū est.* & ad hoc ordinatur homo per caritatem. Bonū autē secundariū & quasi particulare hominis potest esse duplex. Unum quidem quod est uere bonū utpote ordinabile quantum in se est ad principale bonū quod est ultimum finis. Aliud autē est bonum apparens & non uerū. quia abducit a finali bono. Sic igitur patet quod uera uirtus est illa que ordinatur ad principale bonum hominis. sicut & philosophus in viii. phisicorum. dicit. quod uirtus est dispositio perfecta ad optimum. & sic nulla uera uirtus potest esse sine caritate. Sed si accipiamus uirtus secundum quod est in ordine ad aliquod finem particulare. sic potest aliqua uirtus dici sine caritate in quantum ordinatur ad aliquod bonum particulare. Sed si illud particulare bonum non sit uerum bonum sed apparens. uirtus etiam que est in ordine ad hoc bonum erit non uera uirtus. sed falsa similitudo uirtutis. sicut non est uera uirtus auarorum prudentia qua excogitant diuersa genera locellorum. et auarorum iustitia qua grauius damno metu contemnunt alienorum & auarorum temperantia qua luxurie que sumptuosa exhibent appetitum. & auarorum fortitudo. qua ut ait Orator. per mare pauperie fugiunt per saxa per ignes. ut Augustinus dicit in iii. libro contra iulianum. Si uero aliud bonum particulare sit uerum bonum. puta conseruatio ciuitatis uel aliquod huiusmodi. erit quidem uera uirtus. sed imperfecta nisi referatur ad finale & perfectum bonum. & secundum hoc est simpliciter uera uirtus. quod sine caritate esse non potest. **A**d octauū scilicet utrum caritas sit forma uirtutum. dicendū quod in moralibus forma actus attenditur principaliter ex parte finis. Cuius ratio est. quia principium moralium actuum est uoluntas. cuius obiectum & quasi forma est finis. semper autē causa actus consequitur formam agentis. Unde oportet quod in moralibus id quod datur actui ordinem. datur ei etiam formam. unde manifestum est secundum predicta quod per caritatem ordinatur actus omnium aliarum uirtutum ad ultimum finem. & secundum hoc ipsa datur formam actibus omnium aliarum uirtutum. & per tanto dicitur esse forma uirtutum. Nam & ipse uirtutes dicuntur in ordine ad actus formatos.

DE CARITATE PER COMPARATIONEM AD SUBIECTUM. DI. XXV

Quia secundum principale scilicet de caritate per comparationem ad subiectum consideranda sunt octo. **P**rimo utrum caritas sit in uoluntate sicut in subie

cto. **S**ecundo utrum causetur in homine ex actibus uel ex infusione. **T**ertio utrum infundatur secundum capacitatem naturalium. **Q**uarto utrum augeatur & quomodo. **Q**uinto utrum caritas uere possit esse perfecta. **S**exto de diuersis gradibus caritatis. **S**eptimo utrum caritas possit diminui. **O**ctauo utrum habitata semel possit amitti. **A**d primū scilicet utrum caritas sit in uoluntate sicut in subiecto dicendū quod cum duplex sit appetitus. scilicet sensitivus & intellectivus. qui dicitur uoluntas. utriusque obiectum est bonum. sed diuersimode. nam obiectum appetitus sensitivi est bonum per sensum apprehensum. obiectum uero appetitus intellectivi uel uoluntatis est bonum sub communi ratione boni. put est apprehensibile ab intellectu. caritatis autē obiectum non est aliquod bonum sensibile. sed bonum diuinum quod solo intellectu cognoscitur. **E**t ideo caritatis subiectum non est appetitus sensitivus sed appetitus intellectivus id est uoluntas. **A**d secundū scilicet utrum sit in homine ex infusione. dicendū quod caritas est amicitia hominis ad deum fundata super communicationem beatitudinis eterne. hec autē communicatio non est secundum bona naturalia. sed secundum dona gratuita. quia ut dicitur ro. vi. *Gratia dei uita eterna.* unde & ipsa caritas facultatem nature excedit. Quod autē excedit nature facultatem non potest esse neque naturale neque per potentias naturales acquisitum. quia naturalis effectus non transcendit suam causam. unde caritas non potest neque naturaliter nobis inesse neque per uires naturales acquiri. sed per infusionem spiritus sancti qui est amor patris & filii cuius participatio in nobis est ipsa caritas creata sicut supra dictum est.

Ad tertium scilicet utrum infundatur secundum capacitatem naturalium. dicendū quod quantitas uniuscuiusque dependet a propria causa rei. quod uniuersalior causa effectum maiorem producit. caritas autē cum superexcedat proportionem nature humane ut dictum est. non dependet ex aliqua naturali uirtute. sed ex sola gratia spiritus sancti eam infundentis. **E**t ideo quantitas caritatis non dependet ex conditione nature. uel ex capacitatem naturalis uirtutis. sed solum ex uoluntate spiritus sancti distribuētis sua dona. put uult. unde & apostolus dicit ad ephes. iii. *Uniuscuique uestrum data est gratia secundum mensuram donatoris christi.*

Ad quartū scilicet utrum caritas augeatur. dicendū quod caritas uere potest augeri. sic dicit Augustinus super iob. *Caritas mereatur augeri. ut aucta mereatur & profici.* Ex hoc enim dicimur esse uiatores quod in deum tendimus qui est ultimus finis nostre beatitudinis. In hac autē uita tantomagis procedimus quanto deo magis appropinquamus. cui non appropinquatur passibus corporis sed affectibus mentis. Hanc autē propinquitatem facit caritas. quia per ipsam mens deo unietur. & ideo de ratione caritatis uere est. ut possit augeri. si enim non posset augeri iam cessaret uere processus. **E**t ideo apostolus caritatem uiam nominat dicens. i. cor. xii. *Adhuc excellentiorem uiam uobis demonstrabo.* **D**ixerunt autē quidam caritatem secundum suam

essentiam non augeri. sed solum secundum radicatum in subiecto uel secundum feruorem. sed huius propriam uocem ignorauerunt. Cum enim sic accidens eius esse est inesse. unde nihil est aliud ipsam secundum essentiam augeri quam eam magis inesse subiecto. quod est eam magis radicari in subiecto. Similiter etiam ipsa essentialiter est uirtus ordinata ad actum. unde idem est ipsam augeri secundum essentiam. & ipsam habere efficaciam ad producendum feruentioris dilectionis actum. Augeatur ergo essentialiter. non quidem ita quod esse incipiat uel esse desinat in subiecto. sed ita quod magis in subiecto esse incipiat. Utrum augeatur per additionem uel quomodo. sciendum quod omnis additio est alicuius ad aliquid. unde in omni additione oportet saltem intelligere distinctionem eorum quorum unum additur alteri ante ipsam additionem. Si igitur caritas addatur caritati. oportet presupponi caritatem additam ut distinctam a caritate cui additur. non quidem ex necessitate secundum esse. sed saltem secundum intellectum. Posset enim deus etiam quantitatem corporalem augere addendo aliquam magnitudinem non prius existentem. sed tunc causatam. que quous non fuerit prius in rerum natura. habet tamen in se unde eius distinctio intelligi possit a quantitate cui additur. Si igitur caritas addatur caritati oportet presupponere ad minus secundum intellectum distinctionem unius caritatis ab alia. Distinctio autem in formis est duplex. una quidem secundum speciem. alia secundum numerum. Distinctio quidem secundum speciem in habitibus est secundum diuersitatem obiectorum. Distinctio uero secundum numerum est secundum diuersitatem subiecti. Potest igitur contingere quod aliquis habitus per additionem augeatur dum extenditur ad quedam obiecta ad que per prius se non extendebat. & sic. augeatur scientia geometrie in eo qui de nouo incipit scire aliquam geometraliam que prius nesciebat. Hoc autem non potest dici de caritate. quia etiam minima caritas extendit se ad omnia illa que sunt ex caritate diligenda. Non ergo talis additio in augmento caritatis potest intelligi presupposita distinctione secundum speciem caritatis addite ad eam cui supradicitur. Relinquitur ergo quod si fiat additio caritatis ad caritatem quod hoc sit presupposita distinctione secundum numerum que est secundum diuersitatem subiectorum. sicut albedo augeatur per hoc quod album additur albo. quous hoc augmento non fiat aliquid magis album. sed hoc in proposito dici non potest. quia subiectum caritatis non est nisi mens rationalis. unde tale caritatis augmentum fieri non posset nisi per hoc quod una mens rationalis alteri adderetur. quod est impossibile quous etiam si esset possibile tale augmentum faceret maiorem diligentiam. non autem magis diligentem. Relinquitur ergo quod nullo modo caritas augeri potest per additionem caritatis ad caritatem sicut quidam ponunt. Sic ergo caritas augeatur solum per hoc quod subiectum magis ac magis participat caritatem. id est secundum quod magis reducit in actum illius. & magis subdit illi. Hic enim est modus augmenti per prius cuiuslibet forme que intendit. eo quod esse

huius forme totaliter consistit in eo quod inheret susceptibili. Et ideo cum magnitudo rei consequitur esse ipsius forme esse maiorem. hoc est eam magis inesse susceptibili. non autem aliam formam aduenire. hoc enim esset si forma haberet aliquam quantitatem ex seipsa non per comparationem ad subiectum. Sic igitur & caritas augeatur per hoc quod intenditur in subiecto. & hoc est ipsam augeri secundum essentiam. non autem per hoc quod caritas addatur caritati. Sicut est in augmento quantitatis corporalis. Quantitas enim corporalis habet aliquam inquantum est quantitas. & aliquid inquantum est forma accidentalis. Inquantum est quantitas habet quod sit distinguibilis secundum situm uel secundum numerum. Et ideo hoc modo consideratur augmentum magnitudinis per additionem. ut patet in animalibus. inquantum uero est forma accidentalis est distinguibilis solum secundum subiectum. & secundum hoc habet proprium augmentum sicut alie forme accidentales per modum intentionis eius in subiecto. sicut patet in hiis que rare fiunt. ut patet philosophus in iiii. philosophi. Et similiter etiam scientia habet quantitatem inquantum est habitus ex parte obiectorum. & sic augeatur per additionem inquantum aliquis plura cognoscit. habet etiam quantitatem inquantum est quedam forma accidentalis ex eo quod inest subiecto & secundum hoc augeatur in eo qui certius eadem scibilia cognoscit nunc quam prius. Similiter etiam & caritas habet duplicem quantitatem. sed secundum eam que est ex parte obiecti non augeatur. ut dictum est. unde relinquitur quod per solam intentionem augeatur. Item attende quod prima infusio caritatis importat mutationem secundum habere & non habere. id est oportet quod aliquid adueniat quod prius non infusit. sed augmentatio caritatis importat mutationem secundum minus habere aut magis & ideo non oportet quod aliquid infusit quod prius non infusit. sed quod magis infusit quod prius minus infusit. & hoc est quod facit deus caritatem augendo scilicet quod magis infusit & quod perfectius similitudo spiritus sancti participet in anima. Nec est intelligendum quod augmentum caritatis sit continuum. ita quod quilibet actus augeat caritatem. quia augmentum spirituale caritatis quodammodo simile est augmento corporali. Augmentum autem corporale in animalibus & plantis non est motus continuus. ita scilicet quod si aliquod tempus augeatur in tanto tempore. necesse sit quod proportionaliter in qualibet parte illius temporis aliquid augeatur sicut contingit in motu locali. sed per aliquod tempus natura operatur disponens ad augmentum & nihil augens in actu. & postmodum producit in effectu id ad quod disposuerat augendo animal uel plantam in actu. Ita etiam non quolibet actus caritatis caritas actu augeatur. sed quilibet actus caritatis disponit ad caritatis augmentum inquantum ex uno actu caritatis homo redditur promptior iterum ad agendum secundum caritatem. & habilitate crescere homo prosumpt in actum feruentioris dilectionis quo conetur ad caritatis perfectum. & tunc caritas augeatur in actu. Huic autem caritatis augmento nullus terminus prefigi potest in uia. nunquam enim

secundū q̄ est ī appetitu sensitīuo. q̄z etiā secūndū q̄ est ī appetitu intellectīuo qui ē voluntas. amor em̄ qui est ī appetitu sensitīuo passio quedā ē. Omnis autē passio cum quodā impetu inclināt in suum obiectū. Passio autē amoris hoc habz q̄ non subito exozit. sed per aliq̄z assiduā inspectōem rei amate. Et iō pl̄s ī .ix. ethi. ostendēs differentiā inter beniuolētiā & amorē qui est passio dicit q̄ beniuolētiā non habet distensionē & appetitū id ē aliquem impetū inclinātōis. sed ex solo iudicio ratōis hō vult bonū alicui. Similiter etiā talis amor est ex quadā consuetudine. beniuolētiā autē interdū ozitur ex repentino sicut accidit nobis de pugilibus qui pugnāt. quozū alterū uellemus vincere. Sed amor qui est ī appetitu intellectīuo etiā differt a beniuolētiā. Impozitat em̄ quadā unione s̄m affectū amari ad amatū. inquātū scz amans estimat amatur quodāmodo ut unū sibi uel ad se primens. & sic mouet ī ipm. Sed beniuolētiā est simplex actus voluntatis quo volumus alicui bonū. etiā non p̄supposita p̄dicta unione affectū ad ipm. Sic igiē ī dilectōe secundū q̄ ē actus caritatis includit quidē beniuolētiā. sed dilectio siue amor addit unione affectū. & p̄pter hoc pl̄s dicit ibidem q̄ beniuolētiā est principiu amicitie. Ad tertiu scz utruz deus sit p̄pter seipm amandus. dicendū q̄ li p̄pter ipozitat habitudmē alicuius cause. Est autē quadruplex genus cause scz finalis. formalis. efficiēs. & materialis. ad quod reducit etiā materialis dispositio que nō est causa simpliciter. sed s̄m quid. Et secūdu hec quattuor genera causarū dicit aliquid p̄pter alterū diligere. Secūduz q̄dē genus cause finalis sicut diligimus medicinā p̄pter sanitatē. Secūdu autē genus cause formalis. sicut diligimus hōiem p̄pter virtutem. quia virtute formaliter ē bonus. & p̄sequēs diligibilis. Secūdu autē causam efficiētē sic diligimus aliquos īquantū sunt filii talis patris. Secūdu autē dispositōem que reducit ad gen⁹ cause materialis. dicimur diligere aliqd p̄pter id quod nos disposuit ad eius dilectōez puta p̄pter aliq̄ bñficia suscepta. q̄zuis postq̄ iam amare incepimus nō iam p̄pter illa beneficia amemus amicū. sed p̄pter eius virtutem. Primis igiē tribus modis deū non diligimus p̄pter aliud sed p̄pter seipsum. Non em̄ ozdinatē ad aliud sicut ad finem. sed ipse est finis ultimus oīm. neqz etiā iformatē aliquo alio ad hoc q̄ sit bonus. sed etiā substantia eius ē eius bonitas secundū quā exēplariter omnia bona sunt. neqz iterū ei ab altero bonitas mest. sed ab ipso omibus aliis. Sed quarto modo potest diligere p̄pter aliud quia scz ex aliquibus aliis disponimur ad hoc q̄ ī dei dilectōem p̄ficiamus. puta p̄ beneficia ab eo suscepta. uel etiāz per p̄mia sperata. ul p̄ penas quas p̄ ipsum vitare intendimus. Ad quartū scz utruz de⁹ ī hac uita possit imēdiate amari. dicendū q̄ sicut supra dictū est actus cognitiue virtutis

p̄ficiat p̄ hoc q̄ cognitum est ī cognoscente. actus autē virtutis appetitiue p̄ficiat p̄ hoc q̄ appetitus inclināt ī rem ipsam. & ideo opoztet q̄ motus appetitiue uirtutis sit ī res s̄m cōditiōē ipsarū rerū. actus autē cognitiue uirtutis est secundū motū cognoscentis. Est autē ipse ozdo rerū talis secundū se q̄ deus est p̄pter seipsum cognoscibilis. utpote essentialit̄ existens ipsa ueritas & bonitas p̄ quā alia cognoscunt & amant. sed quo ad nos. quia nōstra cognitiō a sensu oztu habet. prius em̄ sūt cognoscibilia q̄ sunt sensui. p̄p̄inquoza. et ulterius termin⁹ cognitiōis est ī eo q̄d est maxime a sensu remotū. Secūdu hoc ergo dicēduz est q̄ dilectio que est actus appetitiue uirtutis etiam ī statu uie tendit ī deū primo. & ex ipso deriuat ad alia. & s̄m hoc caritas imēdiate deum diligit. alia uero mediante deo. In cognitiōe uero ē ecōuerso. quia scz per alia deū cognoscimus sicut causam p̄ effectū uel p̄ modū eminentie aut negotiatōis. ut patz p̄ Dionysiu ī .ii. libzo de diu. no. Ad quintum scz utruz deus ī hac uita possit amari totaliter. dicendū q̄ cum dilectio itelligat quasi mediū inter amantē & amatur. cum querit an deus possit totaliter diligi. tripliciter potest itelligi. Vno mō ut modus totalitatis referat ad rem dilectā. & sic deus est totaliter diligendus. quia quidqd ad deum p̄met homo diligere debet. Alio modo potest itelligi ita q̄ totalitas referatur ad diligētē. & sic deus etiā totaliter diligi debet. quia ex toto posse suo debet homo deum diligere. & quidquid habet ad dei amorem ozdmare. s̄m illud deū. vi. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo. Tertio modo potest itelligi s̄m cōparatōem diligētis ad rem dilectam. ut scz modus diligētis adegueat modo rei dilectē. & hoc nō potest esse. Cum em̄ vnū quodqz ī tm̄ diligibile sit quantū est bonū. deus cuius bonitas est īfinita est īfinitē diligibilis. nulla autē creatura potest deū īfinitē diligere. quia oīs uirtus creature siue naturalis siue īfusa est finita. Ad sextū scz utruz diuine dilectōis sit aliquis modus. dicēdu q̄ sic dicit. Bern. ī libzo de diligendo deo. causa diligendi deū deus est. modus sine modo diligere. Modus em̄ ipoztat quādam mensurā. sicut dicit Aug⁹. iiii. sup gen. ad litterā. modus est quē vniciūqz p̄pria mensura p̄ficiat. huius autē mensure determinatio inuenit̄ & ī mēsurā & ī mēsurato. aliter tm̄ & aliter. In mensura em̄ inuenit̄ essentialiter. quia mēsurā secundū se ipsam ē determinatiua & modificatiua alioz. In mēsuratis autē inuenit̄ mēsurā s̄m aliud id est īquantū attingūt mensurā. Et ideo ī mēsurā nihil potest accipi imōdicatū. s̄ res mēsurata est imōdicata nisi mēsurāz attingat siue deficiat siue excedat. In omnibus autē appetibilib⁹ & agibilibus mēsurā est finis. quia eoz que appetimus & agimus opoztet p̄p̄iā mēsurā ex fine accipere. ut patet p̄ phm ī .ii. phisi. Et ideo finis secūdu seipm habz modū.

ea uero que sunt ad finem habent modum ex eo quod sunt fini proportionata. Et ideo sicut philosophus dicit in primo politici. Appetitus finis in omnibus artibus est absque fine & termino. eorum autem que sunt ad finem est aliquis terminus. non enim medicus imponit aliquem terminum sanitatis sed facit eam perfectam quantumcumque potest sed medicina imponit terminum. non enim dat tamen de medicina quantum potest. sed secundum proportionem ad sanitatem. quam quidem proportionem si medicina excederet uel ab ea deficeret. esset immoderata. finis autem omnium actionum humanarum & affectionum est dilectio. per quam maxime attingimus ultimam finem. ut supra dictum est. Et ideo in dilectione dei non potest accipi modus sicut in re mensurata. ut sit in ea accipere plus & minus. sed sic inuenitur modus in mensura in qua non potest esse excessus. sed quanto plus attingitur regula tanto melius est. ita quanto plus deus diligit. tanto est dilectio melior. **Ad septimum** scilicet quod sit melius diligere amicum uel inimicum. dicendum quod ratio diligendi proximum ex caritate deus est. sicut supra dictum est. Cum ergo queritur quid sit melius uel magis meritozium utrumque diligere amicum quam inimicum. dupliciter iste dilectiones comparari possunt. uno modo ex parte proximi qui diligitur. Alio modo ex parte ratiois propter quam diligitur. **Primo** quidem modo dilectio amici preminet dilectioni inimici. quia amicus est melior & magis coniunctus. unde est materia magis conueniens dilectioni. & propter hoc actus dilectionis super hanc materiam transiens melior est. unde & eius oppositum est deterius. peius enim est odire amicum quam odire inimicum. **Secundo** autem modo dilectio inimici preminet dilectioni amici propter duo. **Primo** quidem quod dilectionis amici potest esse alia ratio quam deus. sed dilectionis inimici solus deus est ratio. **Secundo** quia supposito quod uterque propter deum diligit. fortius ostenditur esse dilectio dei que animi hominis ad remotiora extendit scilicet usque ad dilectionem inimicorum. sicut uirtus ignis tanto ostenditur fortius esse quanto ad remotiora diffundit suum calorem. tanto etiam ostenditur diuina uirtus esse fortius. quanto propter ipsam difficilius implemus. sicut etiam & uirtus ignis tanto est fortius quanto comburere potest materiam minus combustibilem. sed sicut idem ignis in proximiora fortius agit quam remotiora. ita etiam caritas feruentius diligit coniunctos quam remotos. & quantum ad hoc dilectio amicorum secundum se considerata feruentior & melior est quam dilectio inimicorum. **Ad octauum** scilicet utrum diligere proximum sit magis meritozium quam diligere deum. dicendum quod comparatio ista potest intelligi dupliciter. **Uno** modo ut seorsum considerentur utraque dilectio. & tunc non est dubium quod dilectio dei est magis meritozia. Debet enim ei merces propter se ipsam. quia ultima merces est frui deo in quem tendit diuine dilectionis motus. unde & diligenti deum merces promittitur. Ioh. xiiii. Si quis diligit me diliget a patre meo & manifestabo ei meipsum. **Alio** modo potest attendi ipsa com-

paratio ut dilectio dei accipiat secundum quod solus deus diligit. dilectio autem proximi accipit secundum quod proximus diligit propter deum. & sic dilectio proximi includit dilectionem dei. sed dilectio dei non includit dilectionem proximi. unde erit comparatio dilectionis dei perfecte que excedit seipsum ad proximum ad dilectionem dei insufficientem & imperfectam. quia hoc mandatum habemus a deo ut qui diligit deum diligat & fratrem suum. & in hoc sensu dilectio proximi preminet.

DE GAUDIO. DIS. XXIX.

Deinde considerandum est de effectibus consequentibus actum principale caritatis qui est dilectio. **Et** primo de effectibus interioribus. **Secundo** de exterioribus. **Circa** primum consideranda sunt quattuor. **Primo** enim considerandum est de gaudio. **Secundo** de pace. **Tertio** de misericordia. **Quarto** de zelo. **Circa** primum consideranda sunt quattuor. **Primo** utrum gaudium sit effectus caritatis. **Secundo** utrum gaudium compatitur secundum admixtionem tristitie. **Tertio** utrum gaudium huiusmodi possit esse plenum. **Quarto** utrum gaudium sit uirtus. **Ad** primum scilicet utrum gaudium sit effectus caritatis. dicendum quod ex amore procedit & gaudium & tristitia. sed contrario modo. **Gaudium** enim ex amore causatur uel propter presentiam boni amati. uel etiam propter hoc quod ipsi bono amato proprium bonum inest. & conseruatur. & secundum hoc maxime preminet ad amorem beniuolentie. per quam scilicet aliquis gaudet de amico prospere se habente. si sit etiam absens. **Contrario** autem ex amore sequitur tristitia uel propter absentiam amati. uel propter hoc quod cui uolumus bonum suo bono priuatur. aut aliquo modo deprimitur. **Caritas** autem est amor dei cuius bonum immutabile est. quia ipse est sua bonitas. & ex hoc ipso quod amatur est in amate per nobilissimum sui effectum. secundum illud. Ioh. iiii. Qui manet in caritate in deo manet & deus in eo. & ideo spirituale gaudium quod de deo habetur ex caritate causatur. **Ad** secundum scilicet utrum gaudium spirituale quod ex caritate causatur recipiat admixtionem tristitie. dicendum quod ex caritate causatur duplex gaudium de deo. sicut supra dictum est. **Unum** quidem principale quod est proprium caritatis. quo scilicet gaudemus de bono diuino secundum se considerato. & tale gaudium caritatis promixtionem tristitie non patitur. **Sicut** nec illud bonum de quo gaudetur potest aliquis mali admixtionem habere. **Et** ideo apostolus dicit ad philippos. Gaudete in domino semper. **Aliud** autem gaudium est caritatis quo gaudet quis de bono diuino secundum quod precipatur a nobis. hec autem participatio potest impediri per aliquod contrarium. & ideo ex hac parte gaudium caritatis potest habere promixtionem tristitie. puta scilicet aliquis tristatur de deo quod repugnat participati diuini boni in nobis uel in proximis. quos tanquam nosipsum diligit. **Ad** tertium scilicet utrum spirituale gaudium quod ex caritate causatur possit in nobis impleri. dicendum quod plenitudo gaudii potest intelligi dupliciter. uno modo ex parte rei de qua gaudetur. ut scilicet tantum

gaudeatur de ea quantum est dignus de ea gauderi. & sic solum dei gaudium est plenum de seipso. quia gaudium eius est infinitum. & hoc est condignum infinite bonitati dei. cuiuslibet autem creature gaudium oportet esse finitum. Alio modo potest intelligi plenitudo gaudii ex parte gaudentis. Gaudium autem comparatur ad desiderium sicut quies ad motum. ut supra dictum est. cum de passione ageretur. Est autem quies plena cum nihil restat de motu. unde tunc est gaudium plenum quoniam iam nihil desiderandum restat. Quoad autem in hoc mundo sumus non quiescit in nobis desiderii motus. quia adhuc restat quod deo magis appropinquamus per gratiam ut ex supra dictis patet. Sed quoniam iam ad beatitudinem perfectam perventum fuerit nihil desiderandum restabit. quia erit dei plena fructio in quantum homo obtinebit quicquid etiam circa alia bona desideravit. secundum illud psalmi. Qui replet in bonis desiderium tuum. Et ideo quies desiderium non solum quo desideramus deum. sed etiam erit omnium desideriorum quies. unde gaudium beatorum est perfecte plenum. & etiam superplenum. quia plus obtinebunt quod desiderare suffecerint. non enim in cor hominis ascendit quod preparavit deus diligentibus se. ut dicitur. i. ad cor. ii. & hoc est quod dicitur Luce. vi. Mensuram bonam & superfluentem dabunt in sinus uestros. quia tamen nulla creatura est capacis gaudii de deo ei condigni. Inde est quod illud gaudium omnino plenum non intrat in hominem. sed potius homo intrat in ipsum. secundum illud Mathei. xxvi. Intra in gaudium domini tui. Ad quartum scilicet utrum gaudium sit virtus. dicendum quod virtus est habitus quidam operativus ut dictum est. & ideo secundum propriam rationem habet inclinationem ad aliquem actum. Est autem ortus ex uno habitu plures actus eiusdem rationis ordinatos pervenire. quorum unum sequatur ex altero. & quia posteriores actus non procedunt ab habitu virtutis nisi per actum priorum. inde est quod virtus non diffinitur nec denominatur nisi ab actu priorum. quibus etiam alie actus ab ea consequuntur. Manifestum est autem ex hiis quod supra de passionibus dicta sunt quod amor est prima affectio appetitive potentie ex qua sequitur & desiderium & gaudium. & ideo habitus virtutis idem est qui inclinat ad diligendum & desiderandum bonum divinum dilectum. & ad gaudendum de eo. sed quia dilectio inter hos actus priorum est inde est quod virtus non denominatur a gaudio nec a desiderio. sed a dilectione. & dicitur caritas. Sic ergo gaudium non est aliqua virtus a caritate distincta. sed est quidam caritatis actus siue effectus. & propter hoc connumeratur inter fructus. ut patet Gal. quinto.

DE PACE. DIS. XXX.

Deinde considerandum est de pace. Et circa hoc consideranda sunt quattuor. Primo utrum pax sit idem quod concordia. Secundo utrum omnia appetant pacem. Tertio utrum pax sit effectus caritatis. Quarto utrum pax sit virtus. Ad primum scilicet verum pax sit idem quod concordia. dicendum quod pax includit concordiam. & aliquid addit. unde ubique est

est pax ibi est concordia. non tamen ubique est concordia ibi est pax. si nomen pacis proprie sumatur. Concordia enim proprie sumpta est ad alterum in quantum scilicet diversorum cordium voluntates simul in unum consensum conveniunt. Contingit etiam unius hominis cor tendere in diversa. & hoc dupliciter. uno quidem modo secundum diversas potentias appetitivas. sicut appetitus sensitivus plerumque tendit in contrarium rationalis appetitus. secundum illud. Gal. v. Caro concupiscit adversus spiritum. Alio modo in quantum una & eadem vis appetitiva in diversa appetibilia tendit. que simul assidue qui non potest. unde necesse est esse repugnantiam motuum appetitus. unio autem horum motuum est quidem de ratione pacis. non enim homo habet pacatum cor quod dicitur. & si habeat aliquid quod vult tamē adhuc restat ei aliquid volendum quod sibi habere non potest. Hec autem unio non est de ratione concordie. unde concordia importat unionem appetituum diversorum appetituum. pax autem super hanc unionem importat etiam unio appetitus unio. Ad secundum scilicet utrum omnia pacem appetant. dicendum quod ex hoc ipso quod homo aliquid appetit. consequens est ipsum appetere eius quod appetit assequutionem. & per consequens remotorem eorum que consecutionem impedire possunt. Potest autem impediri assecutio boni desiderati per contrarium appetitum vel suum ipsius vel alterius. & utrumque tollitur per pacem. sicut supra dictum est. Et ideo necesse est quod omne appetens appetat pacem. in quantum scilicet omne appetens appetit tranquillum. & sine impedimento pervenire ad id quod appetit. in quo consistit ratio pacis quod Augustinus diffinit tranquillitatem cordis. Ad tertium scilicet utrum pax sit effectus caritatis. dicendum quod duplex unio est de ratione pacis sicut dictum est. quarum una est secundum ordinem appetitus proprii in unum. Alia vero est secundum unionem appetitus proprii cum appetitu alterius. & utranque unionem efficit caritas. Primam quidem unionem secundum quam deus diligit ex toto corde ut scilicet omnia referam in ipsum & sic omnis appetitus nostri in unum ferunt. Alia vero per diligitur proximum sicut nos ipsos. Ex quo contingit quod homo vult implere voluntatem proximi sicut & suum ipsius. & propter hoc inter amabilia. unum ponit ydemitas electio. ut patet in ix. ethi. Et tullius dicit in libro de amicitia quod amicum est idem velle & nolle. Ad quartum scilicet utrum pax sit virtus. dicendum quod sicut supra dictum est cum omnis actus ab agente secundum eandem rationem procedentes se invicem consequantur. omni homini actus ab una virtute procedunt. nec habent singuli singulas virtutes a quibus procedant. ut patet in rebus corporalibus. quia enim ignis calefaciendo liquefacit & rarefacit non est in igne aliquid virtus liquefactiva & alia rarefactiva. sed omnis actus hos operatur ignis per unam suam virtutem calefactivam. Cum igitur pax cause ex caritate secundum ipsam rationem dilectionis dei & proximi ut ostensum est non est alia virtus cuius pax sit proprius actus nisi caritas. sic & de gaudio dictum est.

DE MISERICORDIA. DIS. XXXI.

Demum considerandum est de misericordia. Circa quam quattuor videnda sunt. Primo utrum malum ex parte eius cuius homo miseretur sit causa misericordie. Secundo utrum defectus sit causa miserendi ex parte miserentis. Tercio utrum misericordia sit virtus. Quarto utrum sit maxima virtutum. **A**d primum scilicet utrum malum ex parte eius cui sit misericordia sit ratio miserendi. dicendum quod sic. **A**ug⁹. dicit. ix. de civitate dei. Misericordia est aliene miserie in nostro corde compassio. qua utique si possemus subvenire compellimur. Dicitur enim misericordia ex eo quod aliquis habet misericordiam super miseriam alterius. miseria autem felicitati opponitur. Est autem de ratione beatitudinis siue felicitatis ut aliquis patiat eam quod vult. nam sicut **A**ug⁹. dicit. xiii. de trinitate. Beatus est qui habet omnia que vult & nihil mali vult. Et ideo contrarium ad misericordiam patet ut homo patiat que non vult. Tripliciter autem vult aliquis aliquid. Vno quidem modo appetitu naturali. sicut omnes homines volunt esse & vivere. Alio modo homo vult aliquid per electionem ex aliqua premeditatione. Tertio modo homo vult aliquid non secundum se sed in causa sua. Puta qui vult comedere non civa quodammodo debemus eum velle infirmari. Sic igitur motum misericordie est tanquam ad miseriam pertinet. Primo quidem quod illud contrarium appetitui naturali volunt scilicet mala corruptiva & contraria. quorum contraria homines naturaliter appetunt. unde philosophus dicit in ii. rethorice. quod misericordia est tristitia quedam super apparenti malo corruptivo. vel contrariativo. Secundo homo efficitur magis ad misericordiam provocantia si sint contra voluntatem rationis. Unde & philosophus ibi dicit quod illa mala sunt quorum fortuna est causa puta cum aliquod malum eveniat unde sperabatur bonum. Tertio autem sunt adhuc magis miserabilia si sunt contra totam voluntatem. Puta si aliquis semper sectatus est bona & eveniunt ei mala. & ideo philosophus dicit in eodem libro quod misericordia maxime est super malum eius qui indignus patitur. propterea malum culpe pro eo quod est voluntarium non habet rationem miserabilis. sed magis rationem puniendi. Sed quia culpa potest esse aliquo modo pena in quantum scilicet habet aliquid annexum quod est contra voluntatem peccantis. secundum hoc potest habere rationem miserabilis. & secundum hoc miseremur & compatimur peccantibus. Sicut gregorius dicit in quadam omelia quod vera iustitia non habet dedignationem sed ad peccatores. sed compassione. Et **M**atth. ix. dicitur. Videtis iherosolyma turbas miseris est eis. quia erant vexati & iacentes sicut oves non habentes pastorem. **A**d secundum scilicet utrum defectus ex parte miserentis sit ratio miserendi. dicendum quod cum misericordia sit passio quedam super misericordia aliena. ut dictum est. ex hoc contingit quod aliquis misereatur. ex quo contingit quod de miseria aliena doleat. quia autem tristitia seu dolor est de malo proprio. in tantum aliquis de miseria aliena tristatur aut

doleat. in quantum miseriam alienam apprehendit ut suam. Hoc autem contingit tripliciter. Vno modo secundum unionem affectus quod fit per amorem. quia enim amans reputat seipsum amicum. malum ipsius reputat tanquam malum suum. & ideo dolet de malo amici. sicut de suo. & inde est quod philosophus in ix. ethice. inter alia amabilia ponit hoc quod est condolere amico. & apostolus dicit. ro. xii. Gaudent cum gaudentibus flere cum flentibus. Alio modo contingit secundum unionem realem. utpote cum malum aliquorum ita propinquum est ut ab eis ad nos transeat. Et ideo philosophus dicit in ii. rethorice. Homines misereantur super illos qui sunt eis coniuncti & similes. quia per hoc fit eis estimatio quod ipsi etiam possint similia pati. Et inde est quod senes et sapientes qui considerant se posse in mala incidere. & debiles & formidolosi magis sunt misericordes. **E**cce ratio autem illi qui reputant se esse felices. & in tantum potentes quod nihil mali putant se pati posse non ita commiserentur. Sic igitur semper defectus est ratio miserendi. vel in quantum aliquis defectum alicuius reputat suum propter unionem amoris. vel propter possibilitatem similia patiendi. **A**d tertium scilicet utrum misericordia sit virtus. dicendum quod misericordia importat dolorem de miseria aliena. **I**ste autem dolor potest nominare vno quidem modo motum appetitus sensitivi. & secundum hoc misericordia passio est & non virtus. Alio modo non potest nominare motum appetitus intellectivi secundum quod alicui displicet malum alterius. **H**ic autem motus potest esse secundum rationem regulatum. & potest secundum hunc modum ratione regulatum motus inferioris appetitus. unde **A**ug⁹. dicit in ix. de civitate dei. quod iste motus animi scilicet misericordia servit rationi quando ita prebeatur misericordia ut iusticia conferretur. siue cum indigni tribuitur. siue cum ignoscitur penitentibus. & quia ratio virtutis humane consistit in hoc quod motus animi ratione reguletur. ut ex superioribus patet. consequens est misericordiam esse virtutem. **A**d quartum scilicet utrum sit maxima virtutum. dicendum quod aliqua virtus potest esse maxima dupliciter. vno modo secundum se. Alio modo per comparationem ad habentem secundum se. misericordia quidem maxima est. Pertinet enim ad misericordiam quod alii effundat. & quod plus est quod & defectus aliorum subleuet. & hoc est maxime superioris. Unde & misereri ponitur proprium deo. & in hoc maxime dicitur eius omnipotentia manifestari. sed quantum ad habentem misericordiam non est maxima. nisi ille qui habet sit maximus qui nullum supra se habeat. sed omnes sub se. **E**i enim qui supra se aliquem habet maius & melius est coniungi superiori quam supplere defectum inferioris. Et ideo quantum ad hominem qui habet deum superiorem caritas per quam deo unicus est potior quam misericordia per quam defectus proximorum supplet. sed inter omnes virtutes que ad proximum pertinent potissima est misericordia. sicut etiam est potioris actus. Nam supplere defectum alterius in quantum est huiusmodi est superioris et melioris. **D**e zelo require supra ubi agitur de passionibus.

DE BENEFICIENTIA
DISTINCTIO. XXXII.

Deinde considerandum est de exterioribus effectibus caritatis. Et primo de beneficiis. Secundo de elemosina. Tertio de correctione fraterna que est quedam elemosina. Circa primum que runt quattuor. Primo utrum beneficium sit actus caritatis. Secundo utrum omnibus sit beneficiendum. Tertio utrum magis beneficiendum sit hiis qui sunt nobis magis coniuncti. Quarto utrum beneficium sit uirtus specialis. Ad primum scilicet utrum beneficium sit actus caritatis. dicendum quod beneficium nihil aliud importat quam facere bonum alicui. Potest autem hoc bonum considerari dupliciter. Vno modo secundum communem rationem boni. & hoc pertinet ad eandem rationem beneficentie. ex hoc enim est actus amicitie. & consequens caritatis. Nam in actu dilectionis includitur benivolentia per quam aliquis uult bonum amico. ut supra habitum est. uoluntas autem effectiua eorum que uult si factas assit. Et ideo ex consequenti benefacere amico ex actu dilectionis consequitur. & propter hoc beneficia secundum communem rationem est amicitie uel caritatis actus. Si autem bonum quod quis facit alteri accipiat sub aliqua speciali ratione boni. sic beneficia accipiet speciale rationem. & pertinet ad aliquam specialem uirtutem. Ad secundum scilicet utrum omnibus sit beneficiendum. dicendum quod sicut dictum est. beneficentia consequitur amorem ex ea parte quod mox uel superiora ad positionem inferiorum. gradus autem in hominibus non sunt immutabiles sicut in angelis. quia homines possunt pati multiplices defectus. Unde qui est superior secundum aliquid uel est. uel potest esse inferior secundum aliud. Et ideo cum dilectio caritatis se extendat ad omnes. etiam beneficia debet se extendere ad omnes per locum tamen & tempus. omnes enim actus uirtutum sunt secundum debitas circumstantias limitandi. Ad tertium scilicet utrum magis beneficiendum sit hiis qui nobis coniuncti sunt. dicendum quod gratia & uirtus imitatur nature ordinem qui est ex diuina sapientia institutus. Est autem talis ordo nature ut unumquodque agens naturale per prius magis diffundat suas actiones ad ea que sunt sibi propinquiora. sicut ignis calefacit magis rem sibi magis propinquam. et similiter deus in substantia sibi propinquiores per prius & copiosius dona sue bonitatis diffundit. ut patet per Dionysium in capitulo ceterarum. Exhibitio autem beneficiorum est quedam actio caritatis in alios. Et ideo oportet quod ad magis propinquos simus magis benefici. Sed propinquitas unius hominis ad alium potest attendi secundum diuisa in quibus sibi ad inuicem homines communicant. ut consanguinei naturali coniunctione. conuicines in ciuili. fideles in spirituali. & sic de aliis. & secundum diuersas coniunctiones sunt diuersimode diuisa beneficia dispensanda. nam unicuique est magis beneficium exhibendum pertinet ad illas res secundum quam est nobis magis coniunctus simpliciter loquendo. tamen hoc potest uariari secundum diuersitates locorum & temporum & negotiorum. nam in ali

quo casu est magis subueniendum extraneo. puta si sit in extrema necessitate quam etiam patri non tantam necessitate patiendi. Ad quartum scilicet utrum beneficentia sit specialis uirtus. dicendum quod uirtutes diuersificantur secundum rationes obiecti. eadem autem est ratio formalis obiecti caritatis & beneficentie. Nam utraq; respicit eandem rationem boni. ut ex supra dictis patet. Unde beneficentia non est alia uirtus a caritate. sed nominat quemdam caritatis actum. De Elemosina requiritur infra inter pres satisfactionis.

DE CORRECTIONE FRATERNA.
DISTINCTIO. XXXIII.

Deinde considerandum est de correctione fraterna. Circa quod uidentur sunt octo. Primo utrum correctio fraterna sit actus caritatis. Secundo utrum sit sub precepto. Tertio utrum hoc preceptum extendat se ad omnes uel solum ad plures. Quarto utrum subditi ex hoc precepto teneantur corripere prelatos. Quinto utrum peccator possit corripere. Sexto utrum corripere debeat ille qui ex correctione fit deterior. Septimo utrum secreta correctione debeat precedere denuntiatio. Octauo utrum restitutum inductio debeat precedere denuntiatio. Ad primum scilicet utrum fraterna correctio sit actus caritatis. dicendum quod correctio delinquentis est quoddam remedium quod debet adhiberi contra peccatum alicuius. Peccatum autem alicuius dupliciter considerari potest. Vno quidem modo in quantum est nocuum ei qui peccat. Alio modo in quantum vergit in nocuum aliorum qui ex eius peccato leduntur uel scandalizant. & etiam in quantum est in nocuum boni cuius iusticia per peccatum turbatur. Duplex ergo est correctio delinquentis. una quidem que adhibet remedium peccati in quantum est quoddam malum ipsius peccatis. & ista est proprie fraterna correctio. que ordinatur ad emendationem delinquentis. remouere autem malum alicuius eiusdem rationis est & bonum eius procurare. Procurare autem fratris bonum pertinet ad caritatem per quam uolumus & operamur bonum amico. unde etiam correctio fraterna est actus caritatis. quia per eam repellimus malum fratris. scilicet peccatum. cuius remotio pertinet ad caritatem magis quam etiam remotio exterioris damni. uel etiam corporis nocuum quod contrarium bonum uirtutis magis est affine caritati quam bonum corporis uel exteriorum rerum. Unde correctio fraterna magis est actus caritatis quam curatio infirmitatis corporalis. uel subuertio per quam excluditur exterior egestas. Alia uero correctio est que adhibet remedium peccati delinquentis secundum quod in nocuum aliorum. & etiam proprie in nocuum boni communis. & talis correctio est actus iusticie cuius est conservare rectitudinem iusticie unius ad alium. Ad secundum scilicet utrum correctio fraterna sit in precepto. dicendum quod sic. sed considerandum est quod sicut precepta negativa legis prohibent actus peccatorum. ita precepta affirmatiua inducunt ad actus uirtutum. Actus autem peccatorum sunt secundum se mali. & nullo modo bene fieri possunt. nec aliquo

tempore aut loco quia secundum se sunt coniuncti malo fini. ut dicitur in ii. ethi. Et ideo precepta negativa obligant semper & ad semper. Sed actus virtutum non quolibet modo fieri debent sed observatis debitis circumstantiis que requiruntur ad hoc quod sit actus virtuosus. ut scilicet fiat ubi debet. & quando debet. & secundum quod debet. & quia dispositio eorum que sunt ad finem attenditur secundum rationem finis. In istis circumstantiis virtuosus actus proprie attendenda est ratio finis qui est bonum virtutis. Si igitur talis sit ommissio aliqui alicuius circumstantie circa virtuosum actum qui totaliter tollat bonum virtutis. hoc contrariatur precepto. Si autem sit defectus alicuius circumstantie que non totaliter tollat virtutem. licet non perfecte attingat ad bonum virtutis. non est contra preceptum. Unde philosophus dicit in ii. ethi. quod si parum discedat a medio. non est contra virtutem. sed si multum discedat. corrumpitur virtus in suo actu. correctio autem fraternalis ordinatur ad fratris emendationem. & ideo hoc modo cadit sub precepto secundum quod est necessaria ad istum finem. non autem ita quod quolibet loco vel tempore frater delinquentem corrigat.

Ad tertium scilicet utrum solum primeat ad preceptos. dicitur quod sicut dictum est. duplex est correctio. Una quidem que est actus caritatis que specialiter tendit ad emendationem fratris delinquentis per simplicem ammonitionem. et talis correctio pertinet ad quolibet caritatem habentem. siue sit subditus siue sit preceptor. Est autem alia correctio que est actus iusticie per quam intenditur bonum commune. quod non solum procuratur per ammonitionem fratris. sed etiam in re id per punitionem. ut alii a peccato timentes desistant. & talis correctio pertinet ad solos preceptos qui non solum habent ammonere. sed etiam corrigere puniendo.

Ad quartum scilicet utrum aliquis subditus teneatur corrigere preceptorum suum. dicitur quod correctio que est actus iusticie per coercionem pene non competit subdito respectu preceptorum. Sed correctio fraternalis que est actus caritatis pertinet ad unumquemque respectu cuiuslibet persone ad quam caritatem debet habere si in eo aliquid corrigibile inveniat. Actus enim ex aliquo habitu vel potentia procedens se extendit ad omnia que continentur sub obiecto illius potentie vel habitus. sicut visio ad omnia que continentur sub obiecto visus. Sed quia actus virtuosus debet esse moderatus debitis circumstantiis. ideo in correctione qua subditi corrigunt preceptos debet modus congruus adhiberi. ut scilicet non cum perverbia & duritia. sed cum mansuetudine & reverentia corrigantur. Unde apostolus dicit in i. thim. Seniores ne increpaveris. sed obsecra ut patrem tuum. Et ideo dionysius redarguit Demophilum monachum. quia sacerdotem irreverenter correxerat. eum percutiens & de ecclesia eiciens.

Ad quintum scilicet utrum peccatorum debeat corrigi. dicitur quod correctio delinquentis pertinet ad aliquem in quantum viget in eo rectum iudicium rationis. Peccatum autem ut supra dictum est non tollit totum bonum nature quum remaneat in peccato aliquid de recto iudicio rationis. & secundum hoc potest competere sibi in subditis delinquentibus arguere. Sed tamen

per peccatum procedens impedimentum quoddam huic correctioni afferit propter tria. Primo quidem quod ex peccato procedenti indignus redditur ut alium corrigat. & precipue si maius peccatum commiserit non est dignus ut corrigat alium de minori peccato. Unde super illud Matthei vii. Quid vides festucam &c. dicit Iero. de hiis loquitur qui cum mortali crimine detineantur obnoxii minora peccata fratribus non concedunt. Secundo redditur indebita correctio propter scandalum quod sequitur ex correctione. si peccatum corrigentis sit manifestum. quia videtur quod ille qui corrigit non corrigit ex caritate. sed magis ad ostentationem. unde super illud Matthei vii. Quomodo dicis fratri tuo &c. exponit crisostomus. In quo proposito. putas ex caritate ut salves proximum tuum. non quia teipsum salvas. Vis ergo non alios saluare. sed per bonam doctrinam malos actus celare & scientie laudem ab hominibus querere. Tertio modo per superbiam corrigentis in quantum scilicet aliquis propria peccata puniens seipsum proximo profert in corde suo peccata eius austeritate severitate diiudicans. ac si esset ipse iustus. Unde Augustinus dicit in libro de sermone domini in monte. Accusare vitia officium bonum est. quod cum mali faciunt alienas partes attingunt. & ideo Augustinus dicit in eodem. Cogitemus cum aliquem reprehendere nos necessitas coegerit utrum tale sit vitium quod nunquam habuimus. & tunc cogitemus nos homines esse & habere potuisse. vel tale quod habuimus & iam non habemus. & tunc tangat memoria conscientie fragilitas ut illam correctionem non odium sed misericordia precedat. Si autem invenimus nos in eodem vitio esse non obiurgemus sed cogemiscamus & aliquantulum deponendum invitamus. Ex hiis igitur patet quod peccator si cum humilitate corrigatur delinquentem non peccat. nec sibi novam condemnationem acquirit. licet per hoc vel in conscientia fratris vel salute sua per peccatum preterito condemnabile se esse ostendat.

Ad sextum scilicet utrum debeat quis a correctione cessare si timet quod ille fiat ex correctione deterior. dicitur quod sic dictum est duplex est correctio delinquentis. Una quidem primens ad preceptos que ordinatur ad bonum commune. & habet vim coactivam. & talis correctio non est dimittenda propter turbationem eius qui corrigitur. tum quod & si propria sponte emendari non velit cogendus est per penas ut peccare desistat. tum etiam quia si incorrigibilis sit per hoc providetur bono communi dum servatur ordo iusticie & exemplo unius alii deterreantur. unde iudex non permittit ferre sententiam damnationis in peccantem propter timorem turbationis ipsius. vel etiam amicorum eius. Alia vero correctio est fraternalis cuius finis est emendatio delinquentis non habens citationem sed simplicem ammonitionem. & ideo vir probabiliter estimatur quod peccator ammonitionem non recipiat. sed ad peiora labatur. est ab homini correctione desistendum. quia ea que sunt ad finem debent regulari secundum quod exigit ratio finis.

Ad septimum scilicet utrum de necessitate precepti secreta correctio debeat precedere denuntiationem. dicitur quod circa publicam denuntiationem peccatorum distinguendum est.

est. aut enim peccata sunt publica. aut sunt occulta. si quidem sunt publica. non est tamen adhibendum remedium ei qui peccauit ut melior fiat. sed etiam aliis in quorum notitiam deuenit ut non scandalizentur. & ideo talia peccata sunt publice arguenda. sicut illud apostoli ad thymotheum. v. Peccantem coram omnibus argue ut timorem ceteri habeant. Quod intelligitur de peccatis publicis. sicut Augustinus dicit in libro de uerbis domini. Si uero sint peccata occulta. sic uideatur habere locum quod dominus dicit. si peccauerit in te frater tuus. quando enim te offendit publice coram aliis. iam non solum in te peccat. sed etiam in alios quos turbat. Sed quia etiam in occultis peccatis potest parari proximoque offensa. ideo ad hoc distinguendum uideatur. quedam enim peccata occulta sunt que adhuc sunt in nocentium proximoque uel corporale uel spirituale. Puta si aliquis occulte tractet quomodo ciuitas tradat hostibus. uel si hereticus priuatim homines a fide auertat. & quia ille qui occulte peccat non solum in te peccat. sed etiam in alios. oportet statim ad denuntiationem procedere ut hominum nocentium impediat. nisi forte aliquis firmiter estimat quod statim per secretam ammonitionem possit hominum malum impediri. Quedam uero peccata sunt que sunt solum in malum peccantis & ei in quem peccat. uel quia a peccante laederis. uel saltem ex sola notitia. & tunc adhuc solum tenendum est ut frater peccati subueniat. & sicut medicus corporalis sanitatem debet ei inferre si potest sine alicuius membri abscissione. si autem non potest. abscidit membrum minus necessarium ut uita totius conseruetur. sic ille qui studet emendationi fratris debet si potest sic emendare fratrem quantum ad conscientiam ut fama eius conseruetur. Que quidem est utilis. Primo quidem etiam ipsi peccati non solum in temporalibus in quibus quantum ad multa homo patitur detrimentum amissa fama. sed etiam quantum ad spiritualia. quia per timorem infamie multum a peccato retrahuntur. unde quando se infamatos conspiciunt in effrenate peccant. unde Iero. dicit Corripiedus est seorsum frater ne si semel pudorem aut uerecundiam amiserit permaneat in peccato. Secundo debet conseruari fama fratris peccantis. tunc. quia uno infamato alii infamantur. sicut illud Augustinus in epistola ad plebem yponensem cum de aliquibus qui sanctum nomen profitentur aliquid criminis uel falsi sonuerit uel veri patuerit instant satagunt ambiunt ne de omnibus hoc credatur. tunc etiam. quia ex peccato unius publicato alii puocantur ad peccatum. sed quia conscientia preferenda est fame. uoluit dominus ut saltem cum dispendio fame fratris conscientia per publicam denuntiationem a peccato liberetur. Unde patet de necessitate precepti esse quod secreta ammonitio publica denuntiationem precedat. Ad octauum scilicet utrum testium inductio debeat precedere denuntiationem. dicendum quod de uno extremo ad aliud extremum conuenienter transit per medium. in correctione autem fraterna dominus uoluit quod principium esset occultum dum frater corripere fratrem inter se & ipsum solum. finem autem uoluit esse publicum. ut scilicet ecclesie denuntiaretur. & ideo conuenienter in medio

testium ponitur inductio. ut primo paucis iudicetur peccatus frater qui possint prodesset & non obesse. ut saltem sic sine multitudinis infamia emendetur.

DE PRECEPTIS CARITATIS. DIS. XXXIII.

Quoniam sextum principale scilicet de preceptis caritatis consideranda sunt sex. Primo utrum de caritate fuerint danda precepta. Secundo utrum unum tantum uel duo. Tertio utrum conuenienter precipiantur quod de ex toto corde diligatur. Quarto utrum hoc preceptum possit in hac uita compleri. Quinto de hoc precepto diligens proximum tuum sicut teipsum. Sexto utrum ordo caritatis sit in precepto. Ad primum scilicet utrum de caritate fuerint danda precepta. dicendum quod preceptum importat rationem debiti. in tantum ergo aliquid cadit sub precepto in quantum habet rationem debiti. est autem aliquid debitum dupliciter. uno modo per se. alio modo per aliud. Per se quidem debitum est in unoquoque negotio id quod est finis. quia habet rationem per se boni. Propter aliud autem est debitum id quod ordinatur ad finem. sic medico per se debitum est ut sanet. propter aliud autem ut det medicinam ad sanandum. finis autem spiritualis uite est. ut homo uniat deo. quod fit per caritatem. & ad hoc ordinantur sicut ad finem omnia que pertinent ad spirituale uitam. Unde & apostolus dicit. i. ad thymotheum. i. Finis precepti est caritas de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. Omnes enim uirtutes de quarum actibus dantur precepta ordinantur ad purificandum cor a turbationibus passionum. sicut uirtutes que sunt circa passiones. uel saltem ad habendum bonam conscientiam sicut uirtutes que sunt circa operationes. uel ad habendam rectam fidem. sic illa que pertinent ad diuinum cultum. & hec tria requiruntur ad diligendum deum. Nam cor ipsum a dei dilectione abstrahitur propter passionem inclinante ad terrena. conscientia uero mala facit horrere diuinam iustitiam propter timorem pene. Ficta autem fides trahit affectum in id quod de deo fingitur. separans a dei unitate. In quolibet autem genere id quod est per se potius est eo quod est propter aliud. & ideo maximum preceptum est de caritate. ut dicitur Math. xxii. Ad secundum scilicet utrum unum tantum preceptum dandum fuit uel duo. dicendum quod sicut dictum est hoc modo se habent precepta in lege sic propositiones in scientiis speculatiuis in quibus conclusiones uirtute continentur in primis principis. unde qui perfecte cognosceret principia secundum totam suam uirtute. non opus haberet ut ei conclusiones seorsum proponerentur. Sed quia non omnes qui cognoscunt principia sufficiunt considerare quiddam in principis uirtute continentur. necesse est propter eos ut in scientiis ex principis conclusiones deducantur. In operabilibus autem in quibus precepta legis nos dirigunt finis habet rationem principii ut supra dictum est. Dilectio autem dei finis est ad quem dilectio proximi ordinatur. Et ideo non solum oportet dari preceptum de dilectione dei. sed etiam de dilectione proximi. propter multos capaces qui non defacili considerant unum horum preceptorum sub alio

contineri. Sufficiunt autē duo. nec fuit necesse plura dari. quia sicut supra dictū est. caritas ē amicitia quedā. amicitia autē ad alterū est. **Vñ Grego.** dicit in quadā omelia. minus q̄z inter duos caritas haberi nō potest. Quomodo autē ex caritate aliquis seipm̄ diligit supra dictū ē. **Cum** autē dilectio & amor sic boni. bonū autē sit uel finis uel id quod est ad finē. cōueniēde de caritate duo p̄cepta sufficiunt. vnū quidem quo inducimur ad deum diligendū sic finem. aliud autē ē quo inducimur ad diligendū pximum p̄ter deū. sicut p̄ter finē. **Ad** tertiū sc̄z utrū ouenienter p̄cipiat deus diligi ex toto corde &c. dicendū q̄ p̄cepta danē de actibus virtutū. **Hoc** ergo mō aliquis act⁹ cadit sub p̄cepto. s̄m q̄ actus est virtutis. **Requirē** autē ad actum virtutis nō solū q̄ cadat sup̄ de minimatā materiā. sed etiā q̄ uestiat debitis circumstāciis quibus sit p̄portionatus tali materie. deus autē est diligendus sic finis ultimus ad quē omnia sunt referēda. **Et** ideo totalitas q̄dam fuit designāda circa p̄ceptum de dilectōe dei. **Inueniē** autē hoc p̄ceptū diuersimode traditum in diuersis locis. **Nam** sicut dictum est deū. vi. **Ponunt** tria sc̄z ex toto corde et ex tota aīa & ex tota fortitudine. **Matth.** xxii. ponuntur duo horū. sc̄z ex toto corde & ex tota aīa. & omittit ex tota fortitudine. sed addit in tota mēte. **Sed** **Marci.** xii. ponunt quattuor. sc̄z ex toto corde. & in tota anima. ex tota mente ex tota uirtute. que est idē fortitudinē. **Et** hec etiā quattuor tangunt **Luce.** x. **Nam** loco fortitudinis seu uirtutis ponit ex omnibus uiribus tuis. **Et** ideo horū quattuor est ratio assignanda. nam q̄ alicubi vnū horū omittit hoc est quia unū intelligit ex aliis. **Est** igitur cōsiderandū q̄ dilectio ē actus uolūtatis que hic significat p̄ cor. nam sic cor corporale est principium oīm corporaliū motuū. ita etiā uoluntas. & maxime quantum ad intentōem finis ultimi quod ē obiectū caritatis est principium omnium spiritaliū motuū. **Tria** autē sunt principia motuū siue actūū que mouent a uolūtate sc̄z intellectus qui significat p̄ mentē. uis appetitiua interior que significat p̄ aīam. & uis executiua exterior que significat p̄ fortitudinem & uirtutē siue uires. **Precipit** ergo nob̄ ut tota nostra intentio ferat̄ i deū. quod est ex toto corde. **Et** q̄ intellectus noster subdat̄ deo. q̄d est ex tota mente. **Et** q̄ appetitus n̄r regulet̄ secundū deū. quod est ex tota aīa. **Et** q̄ exterior actus noster obediat deo. quod est ex tota fortitudine uel uirtute uel uiribus deū diligē. **Crysostomus** tñ sup̄ **Matth.** accipit ecōtrario. cor & aīam q̄z dictū sit. **Aug⁹** uero in primo d̄ doctrina christiana refert cor ad cogitatōes & aīam ad uitam. mentē ad intellectū. **Quidā** autē dicunt ex toto corde. id ē intellectu. aīa id est uoluntate. mente id ē memoria. **Vel** secundū **Greg.** nicenū. per cor signat aīas uerbales. per aīam sensitiuā. & per mentē intellectiua. quia hoc q̄ nutrimur sentimus & i-

elligim⁹ debemus ad deū referre. **Ad** q̄rtum sc̄z utrū hoc p̄ceptum possit impleri in hac uita. dicendū q̄ p̄ceptum aliquod dupliciē impleri pot̄. vno modo p̄fecte. alio mō ip̄fecte. **P̄fecte** quidē implet̄ p̄ceptū q̄n puenit ad finem quē intendit p̄cipiens. **Implet** autē s̄ ip̄fecte. q̄n & si nō p̄tingat ad finē p̄cipientis. n̄ tñ recedit ab ordīe ad finē. sicut si dux exercitus p̄cipiat militibus ut pugnet̄ ille p̄fecte implet p̄ceptum qui pugnādo hostē uincit quod dux intēdit. **Ille** autē implet sed ip̄fecte cui⁹ pugna ad uictoriā non p̄tingit. non tamen extra disciplinā militariē agit. **Intendit** autē de⁹ p̄ hoc p̄ceptū ut hō deo totaliter uniat̄. quod fiet in patria q̄n deus erit oīa in omnibus. ut dicit̄. i. ad cor. xv. & ideo plene & p̄fecte in patria implet̄ hoc p̄ceptum. **In** uero impletur ip̄fecte. & tñ in uia tanto vnus alio p̄fectius implet. quāto magis accedit p̄ quādā similitudinē ad patrie p̄fectōm. **Ad** quintū sc̄z de hoc p̄cepto. diliges pximum tuū &c. dicendū q̄ hoc p̄ceptū cōueniēter tradit̄. tangit̄ em̄ in eo & diligēdi ratio. & dilectōis modus. **Ratio** quidē diligēdi tangit̄ ex eo q̄ pximus nominat̄. propter hoc em̄ ex caritate debem⁹ alios diligere. q̄ nobis sunt pximi. & secundū naturalē dei ymaginē. & s̄m capacitātē glorie. **Nec** refert utrū dicat̄ pxim⁹ uel frater. ut habet̄. i. **Iob.** iii. uel amicus. ut habet̄ **Leui.** xix. **Quia** p̄ oīa hec affinitas eadez designat̄. **Modus** autē dilectōis tangit̄ cū dicit̄. sicut teipm̄. **Quod** non est intelligendū quantum ad hoc q̄ aliquis carnaliter sibi diligit. sed similiter sibi. **Et** hoc tripliciter. **Primo** quidē ex parte finis ut sc̄z aliquis diligit pximum p̄ter deū. sicut & seipm̄ p̄ter deū debet diligere. ut sic sit dilectio pximi sancta. **Secūdo** ex pte regule dilectōis ut sc̄z aliquis non cōdescendat pximo in aliquo malo. sed solū in bonis. sicut & sue uoluntati satisfacere debet homo solū in bonis ut sic sit dilectio pximi iusta. **Tertio** ex parte ratiois dilectōis. ut sc̄z non diligit aliquis proximum p̄ter proprias utilitatē uel dilectōes. sed ea ratioe q̄ uelit pximo bonū sic sibiip̄si uult bonū ut sit dilectio pximi uera. **Nam** cū quis diligit pximum p̄ter suā dilectōem uel utilitatē. non uere diligit proximum sed seipm̄. **Ad** sextū sc̄z utrū ordo caritatis sit in p̄cepto. dicendū q̄ modus qui p̄met ad ratioem actus uirtuosi cadit sub p̄cepto quod dat̄ de actu uirtutū. **Ordo** autem caritatis p̄met ad ipsam ratioem uirtutis. cū accipiat̄ secundū p̄portionē dilectōis ad diligibile. ut ex supra dictis patet. vnde manifestū ē. q̄ ordo caritatis debet cadere sub p̄cepto.

DE SCANDALO.

Quia septimū principale suprapositū cōsiderandū est de uitiis oppositis caritati. **Et** primo de odio q̄ opponit̄ ipsi dilectōi. **Secūdo** de accidia & inuidia que opponunt̄ gaudio caritatis. **Tertio** de discordia & inuidia que opponunt̄ paci.

Quarto de offensione & scandalo que opponuntur beneficentie & correctioi fraterne. De hiis omnibus require infra in tertio libro ubi de singulis agit suis locis. **D**e scandalo nunc dicemus. Circa quod consideranda sunt octo. Primo quid sit scandalum. Secundo utrum scandalum sit peccatum. Tertio utrum sit speciale peccatum. Quarto utrum sit peccatum mortale. Quinto utrum perfectio sit scandalizari. Sexto utrum scandalum actiuum sit in uiris perfectis. Septimo utrum spiritualia bona sint propter scandalum dimittenda. Octavo utrum propter scandalum sint tepozalia dimittenda. **A**d primum scilicet quid sit scandalum sciendum quod super illud Math. xv. Scis quod phisei audito hoc uerbo scandalizati sunt &c. dicit Ieronimus. quando legimus quicumque scandalizauerit &c. Hoc intelligimus quia dicto uel facto occasione ruine dederit. Quod enim grece scandalos dicitur nos offensionem uel ruinam uel ipactionem pedis possumus dicere. Unde diffinit sic. Scandalum est dictum uel factum minus rectum prebens aliam occasionem ruine. Conuenit enim quandoque quod aliquis obex ponit alicui in uia corporali cui impingens disponit ad ruinam. & talis obex dicitur scandalum. Et similiter in processu uie spiritualis contingit aliquem disponi ad ruinam spirituale per dictum uel factum alterius in quantum scilicet aliquis a sua ammonitione uel inductione aut exemplo alterum trahit ad peccatum. & hoc proprie dicitur scandalum. Nihil autem secundum propriam rationem dispositum ad spirituale ruinam nisi quod habet aliquem defectum rectitudinis. quod id quod est perfecte rectum magis munit hominem contra casum quam ad ruinam inducat. & ideo conuenienter dicitur quod dictum uel factum minus rectum prebens occasionem ruine sit scandalum. Et nota quod dictum uel factum alicuius potest esse alteri causa peccandi dupliciter. uno modo per se. alio modo per accidens. Per se quidem quando aliquis suo malo uerbo uel facto intendit alium ad peccandum inducere. uel etiam si ipse hoc non intendat ipsum factum est tale quod de sui ratione habet ut sit inductiuum ad peccandum. puta quod aliquis publice facit peccatum. uel quod habet similitudinem peccati. Et tunc ille qui huiusmodi actum facit proprie dat occasionem ruine. unde uocatur scandalum actiuum. Per accidens autem uerbum uel factum unius est alteri causa peccandi. quando & preter intentionem operantis. & preter conditionem operis aliquis male dispositus ex homini opere inducit ad peccandum uel ad operandum. Puta cum aliquis iudet bonis aliorum & tunc ille qui facit homini actum rectum non dat occasionem ruine quantum in se est. sed alius sumit occasionem. sicut illud ro. vii. Occasione autem accepta &c. Et ideo hoc est scandalum passiuum sine actiuo. quia ille qui recte agit quantum est de se non dat occasionem ruine quam alter patitur. Quandoque ergo contingit quod etiam sit simul scandalum actiuum in uno et passiuum in alio. puta cum ad inductionem unius alius peccat. Quandoque autem est scandalum actiuum sine passiuo. puta cum aliquis inducit uerbo aut facto alium ad peccandum. & ille non consentit. Quan-

doque uero est scandalum passiuum sine actiuo. sicut iam dictum est. Item nota quod cogitatio uel concupiscentia quia latent in corde non proponunt alicui ut obex disponens ad ruinam. ideo dicitur dictum uel factum. Item dicitur minus rectum non per comparationem ad aliud a quo superest in rectitudine. sed quia habet aliquem defectum rectitudinis. uel quia est sicut se malum. sicut peccatum. uel quod habet speciem mali. sicut cum aliquis recumbit in ydolo. quous enim hoc sicut se non sit peccatum si aliquis hoc non corrupta intentione faciat. tamen quod habet quandam speciem uel similitudinem ueneratoris ydoli potest alteri prebere occasionem ruine. Et ideo apostolus monet. i. ad thes. v. Ab omni mala specie abstinete uos. Et ideo uenienter dicitur minus rectum ut comprehendantur tam illa que sunt secundum se mala id est peccata. quam illa que habent speciem mali. Item prebens occasionem ideo dicitur quia nihil potest esse homini sufficiens causa peccandi quod est spiritualis ruina nisi propria uoluntas. Et ideo dicta uel facta alterius hominis possunt esse causa aequaliter inducens ad ruinam. & propter hoc non dicitur dans causam ruine. sed dans occasionem. quod signat causam imperfectam. & non semper causam peccandi. & tamen nihil prohibet in quibusdam diffinitionibus poni id quod est per accidens. quia id quod est sicut accidens unius potest per se alteri uenire. sicut in diffinitione fortune ponitur causa per accidens. in secundo phisico. **A**d secundum scilicet utrum scandalum sit peccatum. dicendum quod sicut iam dictum est duplex est scandalum scilicet passiuum in eo qui scandalizatur. & actiuum in eo qui scandalizat dans occasionem ruine. Scandalum igitur passiuum semper est peccatum in eo qui scandalizatur. non enim qui scandalizatur scandalizatur. nisi in quantum aliquem ruit spirituali ruina que est peccatum. Potest tamen esse scandalum passiuum sine peccato eius ex cuius facto aliquis scandalizatur de hiis que alius facit bene. Similiter etiam scandalum actiuum semper est peccatum in eo qui scandalizat. quia uel ipsum opus quod facit est peccatum. uel etiam si habeat speciem peccati dimittendum est semper propter proximi caritatem. de qua unusquisque conatur saluti proximi prouidere & sic qui non dimittit contra caritatem agit. potest tamen esse scandalum actiuum sine peccato alterius qui scandalizatur. sicut supra dictum est. **A**d tertium scilicet utrum scandalum sit speciale peccatum. dicendum quod sicut dictum est. duplex est scandalum scilicet actiuum & passiuum. Passiuum quidem scandalum non potest esse speciale peccatum. quia ex dicto uel facto alterius aliquem rueri contingit sicut quocumque genus peccati. nec hoc ipsum quod est occasio peccandi sumere ex dicto uel facto alterius speciale rationem peccati constituit. quia non importat speciale deformitatem speciali uirtuti oppositam. Scandalum autem actiuum potest accipi dupliciter. per se scilicet & per accidens. Per accidens autem quidem quando non est propter intentionem agentis. Puta cum aliquis suo facto uel uerbo inordinato non intendit alteri dare occasionem ruine. sed solum sue satifacere uoluntati. Et sic etiam scandalum actiuum non semper est peccatum speciale.

quia quod est ens per accidens non constituit speciem. Per se autem est actiuum scandalum quoniam aliquis suo inordinato dicto uel facto intendit alium trahere ad peccatum. & sic ex intentione specialis finis sortitur rationem specialis peccati. finis enim dat speciem in mortalibus. ut supra dictum est. Unde si furtum est speciale peccatum aut homicidium propter speciale nocuumtum proximi. uel propter hoc quod intendit. ita etiam scandalum est speciale peccatum propter hoc quod intendit speciale peccatum proximi nocuumtum. & opponit directe correctioni fraterne. in qua intenditur specialis nocuumtum remotio.

Ad quartum scilicet utrum sit mortale peccatum. dicendum quod sicut dictum est. scandalum importat importationem quandam per quam aliquis disponit ad ruinam. Ideo scandalum passiuum quoniam quidem potest esse peccatum ueniale. quasi habens importationem quandam tamen. puta cum aliquis ex inordinato dicto uel facto alterius commouet motu uenialis peccati. Quandoque uero est peccatum mortale. quasi habens cum importatione ruinam. puta cum aliquis ex inordinato dicto uel facto uel uerbo alterius procedit usque ad peccatum mortale. Scandalum autem actiuum si sit quidem per accidens potest esse. quoniam quidem peccatum ueniale. puta cum aliquis uel actum peccati uenialis committit. uel actum qui non est secundum se peccatum. sed habet aliquam speciem mali cum aliqua leui indiscretionem. Quandoque uero est peccatum mortale siue quia committit actum peccati mortalis. siue quia committit salutem proximi. ut per ea obseruanda non permittat aliquid facere quod sibi libuerit. Si uero scandalum actiuum sit per se. puta cum intendit inducere alium ad peccandum. siquidem intendit ipsum inducere ad peccandum mortaliter. est peccatum mortale. & similiter si intendat inducere ad peccandum uenialiter per actum peccati mortalis. Si uero intendat inducere proximum ad peccandum uenialiter per actum peccati uenialis est peccatum ueniale.

Ad quintum scilicet utrum scandalum passiuum sit etiam in uiris perfectis. Dicendum quod scandalum passiuum importat quandam commotionem animi a bono in eo qui scandalum patitur. nullus autem commoueat qui rei immobilis firmiter imberet. maiores autem siue perfecti soli deo imberet cuius est incommutabilis bonitas. quoniam etiam si imberent suis prelati non imberet eis nisi in quantum illi imberent christo. secundum illud. i. ad cor. xiiii. Imitatores mei estote sicut & ego christi. Unde quantumcumque uideant alios inordinate se habere dictis uel factis. ipsi a sua rectitudine non recedunt. secundum illud psalmi. Qui confidunt in domino sicut mons syon. non commouebit eternum qui habitat in hierusalem. Et ideo in hiis qui perfecte deo imberet per amorem scandalum non inueniunt. secundum illud psalmi. Pax multa diligenter legem tuam. & non est illis scandalum.

Ad sextum scilicet utrum scandalum actiuum possit inueniri in uiris perfectis. dicendum quod scandalum proprie est cum aliquis tale aliquid dicit uel facit quod de se tale est. ut alterum natum sit inducere ad ruinam. Quod quidem est solum id quod inordinate fit uel dicitur. Ad preceptos autem pertinet ea que agunt secundum regulam rationis

omnis ordinare. secundum illud. i. ad cor. xiiii. Omnia honeste & secundum ordinem fiant in uobis. Et precipue hanc cautelam adhibet in hiis in quibus non solum ipsi offenderent. sed etiam aliis offensionem pararent. Et si in eorum manifestis dictis uel factis aliquid ab hac moderatone desit. hoc prouenit ex infirmitate humana secundum quam a perfectione deficiunt. non tamen tantum deficiunt ut multum ab ordine rationis recedant. sed modicum & leuiter. quod non est tam magnum ut ex hoc rationabiliter possit ab alio sumi peccandi occasio.

Ad septimum scilicet utrum bona spiritualia sine propter scandalum dimittenda. dicendum quod duplex sit scandalum. actiuum. scilicet & passiuum. questio ista non habet locum de scandalo actiuo. quia cum scandalum actiuum sit dictum uel factum minus rectum nihil est cum scandalo actiuo faciendum. Habet autem locum questio si intelligat de scandalo passiuo. Considerandum est igitur quid sit dimittendum ne alius scandalizet. Est autem in spiritualibus bonis distinguendum. Nam quedam horum sunt de necessitate salutis que permitti non possunt sine peccato mortali. Manifestum est autem quod nullus debet mortaliter peccare ut alterius peccatum impediatur. quoniam secundum ordinem caritatis plus debet homo suam salutem spirituales diligere quam alterius. & ideo ea que sunt de necessitate salutis permitti non debent propter scandalum uitandum. In hiis autem spiritualibus bonis que non sunt de necessitate salutis uideatur distinguendum. quia scandalum quod ex eis oritur quandoque ex malitia procedit. cum scilicet aliquis uoluit impedire homini spiritualia bona. scilicet dala occidendo. & hoc est scandalum phariseorum qui de doctrina domini scandalizabant. Quod esse contemnendum dominus docet. Marci. xv. Quando uero procedit ex infirmitate uel ignorantia et huiusmodi scandalum est pusilloque propter quod spiritualia opera uel occultata uel etiam interdum differenda sunt ubi periculum non imminet quousque reddita ratione homini scandalum cesset. Si autem post reddita rationem homini scandalum duret iam uideatur ex malitia esse. & sic propter ipsum non sunt huiusmodi spiritualia opera dimittenda.

Ad octauum scilicet utrum propter scandalum sint temporalia bona dimittenda. dicendum quod circa temporalia bona distinguendum est. aut enim sunt nostra. aut sunt nobis ad conseruandum per alios commissa. sic bona ecclesie committuntur prelati. & bona communia cuiuscumque reipublice rectoribus. & talium conseruatio sicut & deposito imminet hiis quibus sunt commissa ex necessitate. & ideo non sunt propter scandalum dimittenda. sicut nec alia que sunt de necessitate salutis. Temporalia uero quousque nos sumus domini dimittuntur ea tribuendo si penes nos ea habeamus. uel non repetiendo si apud alios sint. propter scandalum quoniam quidem debemus quoniam quidem aut non. Si enim scandalum ex hoc oritur propter ignorantiam uel infirmitatem aliorum quod supra diximus esse scandalum pusilloque. tunc uel totaliter dimittenda sunt temporalia. uel aliter sedandum scandalum scilicet per aliquam ammonitionem. Unde Augustinus dicit in libro de sermone domini in monte. dandum

est q̄ nec tibi nec alteri noceat quautū ab hoīe tradī potest. & cū negaueris q̄o petit iudicanda est ei iustitia. & meli⁹ ei aliquid dabis cum perentē iniuste correxeris. Aliquādo uero scādalum nascit̄ ex malitia quod est scādalū phariseoz. & sic ppter eos qui sic scandala scitāt non sunt tēporalia dimittenda. quia hoc etiaz noceret bono omni. dare ē m̄ malis rapiēdi occasio & noceret ipsis rapiētib⁹ qui retinēdo aliena in pctō remanent. Vnde greg. dicit in mor. Quidā dum tēporalia nobis rapiūt solūmodo sunt tolerādi. quidam uero seruata equitate phibendi. non solum cura ne nostra subtrahant̄. sed ne rapiētes non sua semet ipsos perdant.

DE PRVDENTIA. DIS. XXXV.

Post virtutes theologicas cōsideranduz est de virtutibus cardinalibus. Inter q̄s. Primo dicendū est de pauidētia. Secūdo de iustitia. Tercio de temperantia. Quarto de fortitudine. Circa prudētiā cōsideranda sunt tria. Primo de prudentia secundū se. Secūdo de p̄tibus eius. Tercio de vitiis oppositis. Circa primū cōsideranda sunt quattuordecim. Primo quid sit prudentia. Secūdo utrū prudētia sit in ratiōe uel ī uoluntate sicut in subiecto. Tercio si ē in ratiōe. utrū sit in ratiōe speculatiua uel p̄actica. Quarto utrū sit uirtus specialis. Quinto utrū p̄stituat finem aliis uirtutibus moralib⁹. Sexto utrū constituat in eis mediū. Septimo utrū p̄cipere sit p̄pzius actus ei⁹. Octauo ut p̄ prudētia se extendat ad regimē multitudinis. Nono utrū prudentia que ē respectu boni p̄p̄rii sit eadē specie cum ea que se extendit ad bonum cōmune. Decimo utrū prudētia sit ī subditis uel solū in p̄ncipibus. Vndecimo utrū inueniat̄ in bonis omnibus. Duodecimo utrū sit ī omnibus habētib⁹ gratiā. Tertiodecimo utrū iste nobis a natura. Quartodecimo utrū p̄datur p̄oblusionē. Circa primū sc̄z quid sit prudētia. sciendū est q̄ nomē prudētie multiphiteiter sumit̄ in scriptura. quandoq̄ em̄ lar ge sumit̄ p̄ quodā instinctu uel solertia naturali. & sic extendit̄ etiā ad bruta aīalia. & sic dicit̄ prudētia naturalis que sc̄z indita est animalibus a natura. ut q̄ agnus statī natus naturaliter agnoscat balatū matris. & q̄ fugiat lupum quē alias nunq̄z uidit. Vnde frequēter hoīes mouent̄ cōsiderare prudētiā animalū. Sicut Iob. xii. Interroga iumēta & docebūt te & puer. vi. Vade ad formicā o piger & cōsidera uias eius & disce sapientiā. que cum nō habeat ducem qui ostēdat. nec p̄ceptorem qui iubeat. nec p̄ncipē q̄ cōpellat. p̄parat ī estate cibum sibi. Dicit̄ etiā q̄ de grano germē refecat ne in herbā germinet & manescat. aceruū fouea fallat ne tēpoze pluuie putrescat. In mltis etiā aliis que prudēter agit naturalit̄ edoc̄ta nos instruit ut nos p̄ ratiōem edoc̄ti similit̄ faciamus. uidelic̄z ut in p̄senti p̄ futuro p̄mō laboremus. germē male intentōis de nr̄is ope

ribus p̄scindamus. & ut bona cōgregata humilite uallemus. & sic ī bonis spiritualibus cōgregandis & cōseruandis formice prudētiāz habeam⁹. idē Math. x. saluator discipulis suis ait. Estote prudētes sic serpētes zc. ut sicut serpens sup̄ omnia mēbra caput custodit. & oīa alia mēbra p̄uendo capite a quo uitam habet expoīt. sic nos a xp̄o capite iter uitam gratie & uitam glorie sperantes nos finaliter habituros uitā nostrā corporalē debem⁹ exponē. multo magis mēbra corporeis & oīa bona tēporalia nō solū dare libezaliter. sed tanq̄z stercoza reputare debemus. Secūdo sicut serpens renouari debemus ieiunādo. sc̄z maxime a uitis aquā fontis uiuī. id ē doctrine sacre hauriēdo. in arto foramine pellē ueteris hoīs. id ē male cōsuetudinīs exuēdo. nouum hoīem qui secundū deū creatus est induēdo. uenenū peccati ī cōfessione totaliter euomēdo. Tercio cōtra incantatozē dyabolū aures cordis obturando sicut aspis q̄ unā aurē obturat cauda. aliā uero terra. sic nos debem⁹ tēptatōes dyabolī euadere cōsideratōe finis nostri & terrene fragilitatis. ps. Sicut aspidis surde & obdūt. au. suas q̄ nō exaudiet uo. in. &c. Quarto sic serpēs inimicitias quas habet cū hoīe fugit. & sub spinis latitat & habitat in desertis. sic ppter odiū mūdi & ifidias uiri sancti fugiūt ad desertā claustrī & latent sub asperitate penitentię. Quinto ambulās & natās p̄ aquā leuat corpus ne totus submergat̄. sic uiri sancti caput mētis eleuant ad sup̄na. ne p̄senti⁹ de liciis submergant̄. Secūdo abusiue sumit̄ prudētia p̄ astutia pueroz. unde prudētes dicit̄ cū hoīes callidi & subtiles ad fallēdū uel nocendū. gen. iii. Serpens callidior erat cunctis animātib⁹. Glo. quia plenus erat demone. Ieremie. iiii. Sapientes sunt ut faciāt mala. bene aut̄ facē nescierūt. Glo. malitiosū De hac prudentia dicit̄ ec̄. xix. Non est cogitatus bonus peccatoz prudentia. est prudētie nequitia & ipsa execratio. ysa. xxix. Peribit sapientia a sapientibus. & intellectus prudentiū reprobabit̄. Sequit̄. ve qui p̄fundū estis corde ut a dño abscondatis cōsiliū. Tercia est prudētia mūdanoz que cōsistit circa acquisitiōes. obseruatōes & aggregatōes terrenoz. baruch. iii. Filii agar exquisierūt prudentiā que de terra ē. negociatores terre &c. Et quia mūdani hoīes magis stndent circa terrena q̄z uiri spirituales circa diuina. Ideo dicit̄ luce. xvi. Filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatōe sua sunt. Quarta ē prudētia carnalis siue animalis que est circa ea que sunt suauia & delectabilia carni. de qua ro. viii. Prudētia carnis mors est. Glo. Prudētiā carnis habet. qui que sue carnis sunt studiosius implet. Hāc xp̄s nō docuit. sed tam uerbo q̄z exēplo contēndam esse mōstrauit. Sicut Bern. dicit in quodā sermone de natali. dicens. Chzistus dei uirtus & sapiētia uascituros. ī cuius erat arbitrio quodcunq̄z uellet eligere. q̄ molesti⁹ ē legit.

preferim paruulo pauperis matris filio tepus
hyemis asperrimus. noctis medio tenebras &
horrores. matrem pauperem que vix habebat pan-
nos ad inuoluendum. p[ro]sepe ad reclinandum. Vbi
nullam audio de pellibus fieri mentionem. non est
tale iudicium mundi. aut iste fallit. aut mundus
errat. sed diuina impossibile est falli sapientiam. me-
rito ergo carnis prudentia stulticia iudicatur.
Quid enim x[ristus] qui non fallit elegit quod erat
molestius. Id ergo melius. id utilius. id potius
eligendum. Quisquis alius aliud doceat. ab eo
tanquam a seductore cauendum. In prudentia carnis
videntur clerici nostri teporibus abundare eligen-
tes de omni genere hominum quod est in eis carni
suaue & delectabile. respuentes quod est carni la-
boriosum uel durum. Sicut ostendit Bern[ardus]. dicens.
Habent singula quodque genera hominum aliquid la-
boris & aliquid voluptatis. Aduertenda autem est
aliquorum prudentia miranda non imitanda. quomodo
quodam artificio miro discernentes & sequestrantes.
totum quod carne delectat eligunt & ample-
ctuntur. quod molestum est fugiunt & declinant.
Quinta est prudentia uirtuosa. laudabilis.
appetenda. que dicitur prudentia iustorum. de qua
Luce. i. De Iohanne baptista dicitur. Hic uenit ut con-
uertat corda patrum in filios. et incredulos ad pru-
dentiam iustorum. Hec est prudentia spiritualis de
qua Ro. viii. Prudentia spiritus & uita & pax
Hec est uirtus & inter uirtutes ceteras prima
reputatur. de hac sola considerare proponimus.
Sciendum igitur quod hoc modo sumpta prudentia
secundum Macrobiu[m] est ad rationis normam que co-
gitat et que agit uniuersa dirigere. ac nihil p[ro]-
ter rectum uelle uel facere. Secundum Aug[ustinu]m in
libro de moribus ecclesie. dicitur. Prudentia est
amor ea quibus adiuuamur in deum ab hiis qui
bus impedimur sagaciter eligens. Tullius uero
in libro de officiis dicit. Prudentia est appeten-
darum fugiendarumque rerum cognitio. Hec uir-
tus discernit bona a malis. & de bono quod me-
lius & de malo quod peius. Et notandum quod pru-
dentia non solum est scientia uel cognitio. quia
non solum illuminat intellectum. sed mouet & infla-
mat affectum. sicut radius ueri solis mouens vo-
luntatem & docens ut sciat & uelit quid. qualiter
quando. & quomodo sit agendum. Sciendum est autem
quod est prudentia cordis. id est que latet & consistit
in corde. De qua Seneca sic ait. Si prudens es
opinionem tue iudicia sint. Cogitationes uagas
somnia similes non recipies. quibus si animu[m] tuu[m]
oblectaris cum omnia disposueris. tristis remane-
bis. Cogitatio tua stabilis sit & certa. siue deli-
beret. siue querat. siue contemplet non recedat
a uero. Si prudentiam amplecteris. ubique idem eris
& puteris ac temporum uarietas exigit. ita te
accomodes teporibus. nec te in aliquibus mutes. sed
potius apertes. sicut manus que eadem est & cum in
palmu[m] extendit. & cum in pugn[u]m astringit. Non
semper in actu sis. sed interdum animo tuo requiem
dato. & requies tua sit plena sapientie studiis
et cogitationibus bonis. Prudens enim nunquam ocio
marcet. puer. xi. In corde prudentis requiescit

sapientia. Item est prudentia in ore. id est que declarat
in sermone. De qua Seneca ait. Prudens ual-
lere non uult. falli non poterit. Et sequitur. Sermo
tuus non sit inanis. sed aut suadeat aut moneat
aut consoletur. aut precipiat. laude parce. partius
uitupera. Similiter enim reprehensibilis est nimia
laudatio. ut immoderata uituperatio. Illa siquidem
adulatio. ista uero malignitate suspecta
est. Testimonium ueritati non amicitie reddat.
Cum consideratione permittit. Plenus quod permise-
ris redde. Prudentis proprium est examinare con-
silia et non cito facili credulitate ad falsa placari.
De dubiis non diffinias. sed suspensam tene sen-
tentiam. nihil affirmes. quia non omne uerisimile
statim et uerum est. sicut & sepius quod primo incre-
dibiliter uideetur non continuo falsum est. De prudentia
in loquutione tenenda dicitur. puer. x. Qui mo-
deratur labia sua prudentissimus est. Et ecc. xxi.
Verba prudentium statim poterabunt. Item
est prudentia in opere. de qua Seneca ait. Prudens
nunquam ocio marcet. accelerat tarda. plura expe-
dit. dura mollit. ardua exequat. Scit enim quid
& qua uia aggredi debeat. & cito singula & di-
stincte uidet. Idem. Cuiusque facti causas req[ue]-
rum in initia inuenies. exitus cogitabis. Scitote
in quibusdam perseuerare que uel quomodo cepisti. Que-
dam uero nec incipere in quibus perseuerare sit
noxium. Idem. Id quere quod potes inuenire. id
disce quod potes scire. id opta quod coram te
omnibus optari potest. Ne altiori rei te ponas
in qua stanti tibi tremendum. descendenti caden-
dum est. Tunc salubria consilia aduoca. cum tibi
alludit uite prosperitas. tunc te uelut in lubrico
retinebis & sistes. Nec tibi dabis imperus liberos
sed circumspecies quo eundem sit & quousque. Ait
enim sapiens. consiliu[m] custodiet te. et prudentia
seruabit te. Item nota quod est prudentia monasti-
ca. yconomica & politica. Monastica dicitur
que mores quo ad seipsum instruit. Yconomica
familiam disponit. Tertia scilicet politica urbes
& regna regit. Monastica igitur docet regere se-
metipsum. Et de hac dicitur. i. reg. xviii. Dauid
in omnibus prudenter se agebat. Yconomica do-
cet regere domum suam. puer. xxiiii. Sapientia
edificabit domum et prudentia roborabit. Et de
abygail dicitur. i. reg. xxv. Erat mulier illa pru-
dentissima. Politica docet regere regna. unde
hec precipue necessaria est regibus & principibus
Ait enim sapiens puer. xxviii. Dux indigens pru-
dentia multos opprimet & caluniam. unde hac
petebat dauid per salomone filio suo. Sic dicitur
primo paral. xxii. Det tibi deus prudentiam ut
regere possis israel. & custodire legem domini dei
tui. Et. i. reg. iiii. Dedit dominus sapientiam salo-
moni & prudentiam multam nimis. **A**d secu-
tate. dicens quod sicut ysidorus dicit in li. ethim.
Prudens dicitur quasi porro uidens. Perspicax
enim est. & incertorum uidet causas. Vultu autem non
est uirtutis appetitiue sed cognoscitiue. Vnde ma-
nifestum est quod prudentia directe primet ad uim
cognoscitiuam. non autem ad uim sensitiuam. quia p[er]

eam cognoscuntur solū ea que presto sunt & sensibus offerunt. Cognoscere autē futura ex presentibus uel p̄teritis quod p̄met ad prudentiam pp̄rie ratiois est. quia hoc p̄ quandā collationē agit. Vnde relinquit q̄ prudentia pp̄rie sit in ratioe. Licet autē s̄m Aug. Prudentia dicat esse amor sagaciter eligens ea quibus adiuuamur i deū ab hiis quibus impedimur. s̄ tam amor q̄ electō sunt in appetitiua. Sciendū q̄ prudentia nō est amor essentialiter. s̄ inquantū amor mouet ad actū prudentie. Vnde postea subdit Aug. q̄ prudentia est amor bene discernens ea quibus adiuuet ad tendendū in deū ab hiis quibus impediri potest. Dicit autē amor discernere inquantū mouet ratioem ad discernendū. Item prudēs cōsiderat ea que sunt p̄cul inquantū ordinat ad adiuuandū uel impedidum ea que sunt p̄sentialiter agēda. vnde patet q̄ ea que cōsiderat prudentia ordinant ad alia sicut ad finē. eoz autē que sunt ad finem est consiliū i ratioe. et electio i appetitu. quoz duoz consiliū magis pp̄rie p̄met ad prudentiam. Dicit em̄ p̄s i. vi. ethi. q̄ prudēs est. bñ cōsiliarius. sed quia electio p̄supponit cōsiliū. Est em̄ appetit⁹ p̄cōsiliari. ut dicit i. iii. ethi. Ideo etiā eligere potest attribui prudentie cōsequenter. inquantū s̄ electōem p̄ consiliū dirigit. Ad tertiu sc̄z utrū p̄met ad ratioē speculatiua uel practica. dicendū q̄ sicut p̄s dicit Prudentia est bene posse cōsiliari. consiliū autē est de hiis que sunt p̄ nos agenda in ordie ad aliquē finem. ratio autē eoz que sunt agenda p̄pter finem. est ratio practica. Vnde manifestū est q̄ prudentia nō cōsistit nisi in ratione practica. Ad quartū sc̄z utrū prudentia sit virtus. dicendū q̄ sicut supra dictū est. Virtus est que bonū facit habentē. et opus eius bonū reddit. Bonū autē potest dici dupliciter. Vno modo materialiter p̄ eo quod est bonū. Alio modo formaliter s̄m ratioem boni. bonū autē inquantū h̄mōi est obiectū appetitiue virtutis. Et ideo si qui habitus sunt qui faciūt rectam cōsideratōem ratiois. nō habito respectu ad rectitudinē appetitus. minus habent de ratione virtutis tanq̄ ordinatē ad bonū materialiter id est ad id q̄ est bonū. non sub ratioe boni. Plus autē habent de ratioe uirtutis habitus illi qui respiciūt rectitudinē appetitus. quia respiciunt bonū nō solū materialiter. s̄ etiā formaliter. id est ad id q̄ est bonū uel ratioe boni. Ad prudentiā autē p̄met sicut dictū est applicatio recte ratiois ad opus q̄ non fit sine appetitu recto. & ideo prudentia nō solū habet rationem virtutis quā habēt alie virtutes intellectuales. sed etiā habet ratioem uirtutis quā habent virtutes morales. quibus etiā cōnumerantur. Item cū actus & habitus recipiāt speciem ex obiectis ut ex supra dictis apparet. necesse est q̄ habitus cui respōdet speciale obiectū ab aliis distinctū specialis sit habitus. & si est bonus est specialis virtus. Speciale autē obm dicitur nō s̄m materialē consideratōem ipsius. sed

magis secundū formalē ratioem. ut ex supra dictis patet. Nam vna & eadē res cadit sub actu diuersoz habitū. & etiā diuersarū potētiarū s̄m ratioes diuersas. maior autē obi diuersitas requirit ad diuersitatē potētie q̄ ad diuersitatem habitū. cū plures habitus iueniant i vna potētia ut supra dictū est. Diuersitas ergo rationis obiecti que diuersificat potētiā. multo magis diuersificat habitū. Sic igitē dicendū ē q̄ cum prudentia sit i ratioe ut dictū est. diuersificatur quidē ab aliis virtutibus intellectualibus s̄m materialē diuersitate obiectoz. Nā sapientia. sciētia. & intellect⁹ sunt circa necessaria. ars autē & prudentia circa cōtingentia. s̄ ars circa factibilia q̄ s̄ exteriori materia constitunt. sicut domus. cultellus. & h̄mōi. Prudentia autē ē circa agibilia que s̄ in ip̄o operate cōsistūt ut supra dictū est. Sed a virtutib⁹ moralibus distinguit prudentia s̄m formalē ratioem potētiarū distinctiua s̄z intellectus in quo ē prudentia. & appetitū in quo est virt⁹ moralis. Vnde manifestū ē prudentiaz esse virtutem specialē ab omnibus aliis virtutibus distinctā. Ad quintū sc̄z utrū prudentia p̄stituat finem aliis virtutibus moralib⁹. dicendum q̄ finis virtutū moralium est bonū humanum. bonū autē aīe humane ē s̄m ratioem esse. ut patet p̄ Diony. iiii. caplo de diu. no. Vnde necesse est q̄ fines moralium virtutū p̄existant in ratioe. sicut autē in ratioe speculatiua sunt. q̄dam ut naturalitē nota quoz est intellectus. et quedaz que p̄ illa innotescūt s̄z conclusiones quarū est sciētia. ita i ratioe practica que existunt sunt quedā p̄incipia ut naturaliter nota. & h̄mōi sunt fines virtutū moralium. quia finis se habet in operabilibus sic p̄incipiū in speculatiuis. ut supra habitū est. & quedaz sūt i ratione practica ut cōclusiones. & huiusmōi sunt ea que sunt ad finē in que puenimus ex ipsis finibus. & hoc est prudentia applicas vniuersalia p̄icipia ad p̄iculares cōclusiones operabiliū. Et ideo ad prudentiā non p̄met p̄stituerē finē moralib⁹. s̄ solum disponere de his que sunt ad finē. Ad sextum sc̄z utrū prudentia cōstituat mediū in aliis virtutibus. dicendum q̄ hoc ipsum q̄ est cōformari rationi recte est finis pp̄rius cuiuslibz virtutis moralis. temperātia autē hoc intendit ne p̄pter cōcupiscentias homo diuertat a ratioe. & similit foritudo ne a recto iudicio ratiois diuertat p̄pter timorem uel audaciā. & hic finis p̄stitutus est homi s̄m naturalē ratioem. naturalis em̄ ratio dicitur vnicuiq̄ ut secundū ratioem operē. sed qualiter & p̄ que homo in operando attingat mediū ratiois p̄met ad dispositōem prudentie. Licet em̄ attingere mediū sit finis virtutis moralis. cū p̄ rectam dispositōem eoz que sunt ad finē mediū inueniē. Ad septimū sc̄z utrū p̄cipere sit pp̄rius actus prudentie. dicendū q̄ prudentia ē recta ratio agibiliū. ut supra dictum est. Vñ oportet q̄ ille sit actus precipuus prudentie qui est precipuus actus ratiois

agibilibus. Cuius quidē sunt tres actus quoz primus est cōsiliari. quod p̄met ad inuētiōē. nam cōsiliari ē querere ut supra habitū est. Secundus actus est iudicare de inuētiōē. & hoc facit speculatiua ratio. sed practica ratio que ordinatur ad opus p̄cedit ulterius. & est tertius actus eius p̄cipere. qui quidez actus cōsistit in applicatiōe cōsiliatiōis & iudicatiōis ad operandum. & quia iste actus est p̄p̄inquitior finis rationis practice inde ē q̄ iste ē principalis actus rationis practice & p̄consequēs prudentie. Et huius signū est. quia p̄fectio artis cōsistit in iudicando. non autē in p̄cipiendo. Ideo reputat̄ melior artifex qui volens peccat in arte quasi habens rectū iudiciū q̄z qui peccat nolens. q̄d uidet̄ esse ex defectu iudiciū. sed in prudentia ē ecōuerso. ut dicit̄ i. vi. ethi. Imprudentior em̄ est qui volēs peccat quasi deficiēs in principalī actu prudentie qui ē p̄cipere q̄z qui nolens peccat. Ad octauū scz verū prudentia se extendat ad regimen multitudis. dicendū q̄ sicut p̄hs dicit̄ i. vi. ethi. Quidā posuerūt q̄ prudentia non se extendit ad bonū cōmune. sed solū ad bonū p̄p̄riū. Et hoc ideo. quia existimabāt q̄ nō oportet hōiem q̄rere nisi p̄p̄riū bonū. sed hec existimatio repugnat caritati que nō querit que sua sunt. Ut dicit̄ i. ad cor. xiii. vñ & ap̄ls de seipso dicit̄ i. ad cor. x. Nō quero quod mihi utile sit. s; quod multis. ut salui fiant. Repugnat etiā ratōni recte q̄ hoc iudicat q̄ bonū cōmune sit melius q̄z bonū vniū. q̄z igit̄ ad prudentiā p̄met recte cōsiliari & iudicare & p̄cipere de hiis p̄ que puenit̄ ad debitū finem. manifestū est q̄ prudentia nō solū se habet ad bonū p̄p̄riū vniū hōis. sed etiā ad bonū cōmune multitudis. Ad nonū scilicet utrū prudentia que ē respectu boni p̄p̄rii sit eadem specie cū illa que se extendit ad bonū cōmune dicendū q̄ sicut supra dictū ē. species habitūū diuersificanē s̄m diuersitatē obiecti que attendit̄ penes ratōem formale ipsius. ratio autē formalis oīm que sunt ad finem attendit̄ ex pte finis sic ex supra dictis patet. Et ideo necesse est q̄ ex relatione ad diuersos fines diuersificent̄ species habitus. diuersi autē fines sunt bonum p̄p̄riū vniū. & bonū familie. & bonum ciuitatis & regni. Vnde necesse est q̄ prudentie differat̄ specie s̄m differentiā hōis finiu. ut scz vna sit prudentia simpliciter dicta que ordinatur ad bonū p̄p̄riū. Alia autē yconomica q̄ ordinat̄ ad bonū cōmune domus uel familie. Et tertia politica que ordinat̄ ad bonū cōmune ciuitatis uel regni. Ad decimū scz utrū prudentia sit in subditis. dicendū q̄ prudentia in ratōe est. regere autē & gubernare p̄p̄rie rationis est. Et ideo vnusquisqz inquantū p̄cipat de regimine & gubernatiōe. intantū cōuenit sibi habere ratōem prudentie. Manifestum est autē q̄ subditi inquantū est subditi. & serui inquantū est seruus nō est regē & gubernare. sed magis regi & gubernari. Et ideo prudentia nō est virtus serui inquantū est seruus.

nec subditi inquantū est subditus. sed quia q̄libet homo inquantū est rationalis p̄cipat aliquid de regimine s̄m arbitriū ratōis intantum cōuenit ei prudentiā habere. Vnde manifestum ē q̄ prudentia quidez in p̄ncipe est ad modū artis architectoicē. ut dicit̄ i. vi. ethi. in subditis autē ad modum artis manu operantis. Ad vndecimū scz utrū prudentia sit in p̄ctōribus. dicendū q̄ prudentia tripliciter dicit̄. Est em̄ quedā prudentia falsa uel p̄ similitudinē dicta. Cum em̄ prudēs sit qui bene disponit ea que sunt agenda p̄pter aliquē bonū finē. ille qui p̄pter malū finem aliqua disponit cōgruentia illi finī habz falsam prudentiā. inquantū scz id quod accipit p̄ fine nō est uere bonum. s; secundū similitudinē. sicut dicit̄ aliquis bonus latro. Hoc em̄ modo pot̄ s̄m similitudinē dici prudēs latro qui cōuenientes vias admuenit ad latrocinandū. Et hōi est prudentia de qua ap̄ls dicit̄ ad ro. viii. Prudentia carnis mors est. que scz finē ultimū cōstituit in delectatiōe carnis. Secūda autē prudentia est quidez uera. quia admueit vias accōmodatas ad finē uere bonū. S; ē imperfecta duplici ratiōe. Vno modo quia id bonū q̄d accipit p̄ fine non est cōmunis finis totius humane vite. sed alicuius specialis negocii. Puta cū aliquis admuenit vias accōmodatas ad negociandū uel ad nauigandū dicit̄ prudēs negociator uel nauta. Alio modo quia deficit in principalī actu prudentie puta cū aliq̄s bene cōsiliat̄ & recte iudicat etiā de hiis que p̄tinent ad totā uitam. sed nō efficaciter p̄cipit. Tertia autē ē prudentia uera & perfecta que ad bonū finē totius vite recte cōsiliatur iudicat et p̄cipit. & hec sola dicit̄ prudentia simpliciter que in peccatoribz esse n̄ potest. Prima autē prudentia ē in solis p̄ctōribus. Prudentia autē imperfecta est cōis bonis & malis maxime illa que ē imperfecta p̄pter finem p̄ctularē. nam illa q̄ est imperfecta p̄pter defectū principalis actus non ē nisi in malis. Ad duodecimū scz utrū prudentia sit in omnibus habentibus gratiā. dicendū q̄ necesse est uirtutes esse cōnexas. ita ut qui vnā habet habeat omnes. ut supra ostēsum ē. Quicūqz autē habet gratiā habet caritatē. vnde necesse ē q̄ omnes habeant alias uirtutes. & ita cum prudentia sit uirtus ut ostēsum ē. necesse est q̄ habeat prudentiam. Ad tertiumdecimū scz utrū prudentia im̄ie nobis a natura. dicendū q̄ sicut ex p̄missis patet prudentia includit cognitiōem vniuersaliū & singulariū operabiliū. ad que prudēs uniuersalia principia applicat. Quantū igit̄ ad uniuersalem cognitiōē. eadē ratio ē de prudentia et de scientia speculatiua. quia vtriusqz p̄ma p̄ncipia vniuersalia sunt naturaliter nota ut ex supra dictis patet. nisi q̄ principia cōmunia prudentie sunt magis cōnaturalia hōi. ut em̄ p̄hs dicit̄ i. x. ethi. Vita que est s̄m speculatiōē est melior q̄z que ē secundū actōz. S; alia principia vniuersalia posteriora siue sunt ratōis speculatiue siue practice non habent p̄ naturā

sed per inuentionē secundū viam experimen-
talem. uel p disciplinā. Quantū autē ad pricu-
larem actionē uel cognitōem eoz circa q ope-
ratio consistit. est iterū distinguendū. Quia ope-
ratio consistit circa aliquid. uel sic circa finem.
uel sicut circa ea que sunt ad finē. Fines autē
recti hūane uite sunt determinati. & ideo pot
esse natural inclinatio respētū hōz finū. sic sup
dictū est. q quidem hnt ex naturali dispositi-
oue qualdā virtutes qbus inclinant ad rectos
fines. & p consequēs etiā habēt naturaliter re-
ctum iudiciū de hōi finibus. Sed ea que sūt
ad finem ī rebus humanis n̄ sunt determina-
ta. sed multipliciter diuersificant h̄m diuersi-
tatem psonarū & negociorū. Vñ quia inclina-
tio nature semp est ad aliquid determinatū.
talis cognitio n̄ potest hōi inesse naturalit-
licet ex naturali dispositione vnus sit aptior
ad hōi discernēda q̄ alius. Sicut etiā accidit
contra cōclusiones speculatiuarū scienciarū.
Quia igit prudētia n̄ est circa fines. sed circa
ea que sunt ad finem. ut supra habitū ē. ideo
prudētia nō est naturalis. **Ad** quartū de
cimū scz utruq prudētia possit p obliuionem
amitti. dicendū q obliuio respicit cognitōem
tū. & ideo p obliuionē potest aliquis artes to-
taliter pdere. & similiter scienciā que m ratōe
consistunt. Sed prudētia nō consistit in sola
cognitōe. sed etiā in appetitu. quia ut dictū ē
principalis actus eius est p̄cipere quod est ap-
plicare cognitōm habitā ad appetendū & ope-
randū. Et ideo prudētia nō directe tollitur p
obliuionē. sed magis corrumpit p passiones.
Dicit enī p̄s i. vi. ethi. q delectabile & triste
puertit existimāōem prudētie. Vñ dañ. xiii.
dicī. Species deceptit te. & concupiscentia de-
cepit cor tuum. Et exo. xxiii. dicī. Ne accipias
munera que excecāt etiā prudētes. Obliuio
tū potest sp̄dire prudētiā inquantū p̄cedit
ad p̄cipiendum ex aliqua cognitōe que per
obliuionem tolli potest.

**DE PARTIBVS PRVDENTIE IN
GENERALI. DIS. XXXVI.**

D E inde considerandū est de partib⁹
prudētie. Et primo de partibus ei⁹
in generali. Secūdo de partibus eius
integralibus. Tertio de partibus eius
subiectiuis. Quarto de partibus eius potenciali-
bus. **C**irca primū sciendū q tullius ī secūdo
retho. ponit tres partes prudētie. scz memoziā
intelligentiā. & puidentiā. Macrobius autē se-
cundū sūiaz platonis ponit sex. scz ratōez itel-
lectū. circūsp̄ctōz. puidentiā solertiā & cauti-
onem. Sciendū autē q triplex est ps alicui⁹. scz
integralis ut paries tectū & fundamentū sūt
partes domus. Item ē pars subiectiua. sic bos
& leo sunt ptes aīalis. Item est pars potētiālis
ut nutritiū & sensitiū sūt ptes aīe. Trib⁹
igit modis possūt assignari ptes alicui virtuti
Vno modo ad similitudinē partium integra-
liū. ut scz illa dicantē esse ptes alicuius virtutis
quas necesse ē cōcurrere ad p̄fectum actū illi⁹

Et sic ex omnibus enumeratis possunt accipi
duodecim ptes prudētie. ille sex quas enume-
rat macrobius. quibus addenda est eustochia
quā ponit aristo. m. vi. ethi. Item studiositas
docilitas. & cōsiliū. & cōsideratō. & sollicitudo
siue vigilantia. quarū septem p̄tinent ad pru-
dentiā. secundū q̄ ē cognoscitiua scz memoziā
ratio. intellectus. studiositas. docilitas. solertia
& cōsideratio. Alia uero p̄tinet ad eam secūdū
q̄ est p̄ceptiua. applicando cognitōem ad op⁹
scz puidētia. cautio. circūsp̄ctio. sollicitudo.
& disciplina. Quorū diuersitatis ratio patz ex
hoc q̄ circa cognitōem tria sunt cōsideranda.
Primo quidē ipa cognitio. que si sit p̄teritōz
sic ē memoziā. si uero p̄sentīū sic est itelligētia
siue intellectus. Secundo cōsideranda est ipsa
cognitōis acquisitio que fit uel p disciplināz.
& ad hoc p̄tinet studiū & docilitas. uel p inuē-
tōem & ad hoc p̄tinet cōsideratio et eustochia
que est bona cōiecturatio. huius autē pars est
solertia que est uera cōiecturatio mediū. ut di-
citur ī primo posteriorū. Tertio cōsiderandus
est usus cognitōis scz secundū q̄ ex cognitis
aliquis p̄cedit ad alia cognoscenda siue iudi-
canda & hoc p̄tinet ad ratōem. ratio autē ad
hoc q̄ recte p̄cipiat tria debet habere. Primo
quidē ut ordinet aliquid ad commodū. & ad
finem. & hoc p̄tinet ad puidentiā. Secūdo ut
attendat circūstātiās negociū. quod p̄tinet ad
circūsp̄ctōem. Tertio ut vitet ip̄edimenta.
q̄ p̄tinet ad cautōm. **P**artes aut subiectiue
alicui⁹ virtutis dicunt species eius diuerse. &
hoc mō ptes prudētie sunt prudētia per quā
aliquis regit seipsum. & prudētia p quā aliq⁹
regit mltitudinē. que differūt specie ut dictūz
est. Iterū prudētia q̄ est multitudis regitiua
subdiuidit secundū diuersas species multitudi-
nis. Est aut mltitudo adunata & ordmata ad
aliquod speciale negociū. ut exercitus congre-
gatus ad pugnandū. cuius regitiua est prudē-
tia militaris. Quedā uero est mltitudo ad to-
tam vitā. sicut multitudo totius domus ul fa-
milie cuius regitiua ē prudētia yconomica. Et
est multitudo vnus ciuitatis uel regni. cuius
quidē directiua est ī p̄ncipe regnatiua. ī sub-
ditis aut politica simplicitē dicta. **P**artes autē
potētiāles alicuius virtutis sunt virtutes ad-
iuncte que ordmant ad aliquos secundarios
actus ul materias q̄si nō habentes equā potē-
tiam p̄ncipali virtuti. & h̄m hoc ponunt par-
tes prudētie eustochia. que est circa cōsiliū.
& synesis que est circa iudiciū p̄culariū ope-
rabilū. & gnomyn que ē circa eoz in quibus
oportet quadoqz a cōmuni lege recedere. pru-
dētia uero ē circa p̄ncipalē actū q̄ ē p̄cipere.

**DE PARTIBVS INTEGRALI-
BVS PRVDEN. DIS. XXXVII.**

D E inde considerandū est de partib⁹
prudētie quasi integralibus. Et cir-
ca hoc considerāda sunt vndecim.
Primo de studiositate. Secūdo de
docilitate. Tertio de cōsideratōe. Quarto de

memoria. Quinto de intellectu uel intelligētia. Sexto de solertia. Septimo de ratiōe. Octauo de prouidentia. Nonno de circūfpectione. Decimo de cautiōe. Undecimo de follicitudine uel uigilantia. **C**irca primū scz de studiofitate sciendum qd qui uult esse prudēs neceffe est qd fit studiosus & diligēs circa inquisitionem ueritatis. & ad hoc uehemēter suū debz aīn applicare. Est em studiū uehemēs applicatio animi ad aliquid agendū. Vñ qui desiderat esse prudens debet orando. legendo. studēdo. & audiendo inquire ueritatē. puer. i. **I**nclina cor tuū ad cognoscendā prudentiā. Si em sapientiam inuocaueris & inclinaueris cor tuū prudentie. si quesieris eā qsi pecuniā. & qsi thesauros effoderis eam. tum intelliges timorē dñi &c. Sic salomon inuenit sapientiaz. Sicut dicit eccl̄s. ii. **M**agnus effectus sum & p̄cessi sapientia oēs q fuerūt ante me. dedi qz cor meū ut scirē prudentiam atqz doctrinā. Seneca i libro de quatuor uirtutibus de prudentia loquens ait. **N**ō semp in actu sis. s; mterdū animo tuo requies dato. & requies ip̄a plena sit sapientie studiis et cogitatioibus bonis. Prudēs em nunqz ocio marcet. **I**nfra. Illud quere qd potes inuenire. id discere qd potes scire. Modum aut studendi docet epistola sc̄da ad lucillum. **I**llō uide ne lectio habeat aliquid uagū & instabile. certis ingenijs imozari & nutrirī oportet. si uelis aliquid trahere qd in aīo fideliter sedeat. Nusquā est qui ubiqz est. **V**itam i peregrinatōe agētibus hoc euenit ut multa hospitia habeant nullas amicitias. idem accidit neceffe est hīs qui nullius ingenio se familiariter applicāt. s; oīa cursim & pperātes trāsmittūt. Non pdest cibus nec corpori accedit. qui statim sumptus egeritur. **N**ihil eque sanientē ipedit sicut remedioz crebra mutatio. Non uenit uulnus ad citatice in quo medicamēta tēptant. Non coalescit plāta q cito trālferē. **N**ihil tam utile est ut i tranfietu p̄sit. fastidiētis stomachi est multa degustare. que ubi uariā sunt et diuersā inquinane nō alunt. **C**um multa pcurreris vnuz decerpe quod illo die dequoquas. **S**unt aut sex studia detestanda. sūmopere uiro studiofoso cauēda. studere uolenti circa sapiētia salutarē. **P**rimū est studiū gulofoz. qui nō inueniūt sapiētiaz. s; amittūt. Sicut dicit puer. xxiii. **C**ui uel cuius patrie ue. cui suffossio oculoꝝ. nōne hīs q mozanē in uino & studēt calicibus epozandis. **E**contra qui uolūt sapiētia ueram ac q̄rere. debēt nō ebrietati s; abstinentie & sobrietati studere. Sicut dañ. & socii eius. quibz dedit deus sapiētia & prudentia p̄ ceteris sapientibus babylonis. & salomoni qui abstraxie a uino carnē suā ut aīam suā trālferret ad sapiētia. **E**ccl̄s. ii. **D**edit deus sapiētia & prudentiam multā nimis. iii. regū. iii. **S**ecundū ē studiū libidinosoz qui uelut porci studēt uoluptatibus. & inuitatos luxurie modoz admuere nitunt. & eos experiri in se ac p̄ eos corū pere ceteros & corūpi. ps. **C**orrupti sūt & ab-

hominabiles facti sunt i studiis suis. **E**cōtra iusti studēt mūditiē castitatis. p̄. xx. **E**x studiis suis intelligit puer. utrū recta & munda sint opera eius. **T**ertiū est studiū cupidoꝝ. ad hoc studiū cōfluunt multi studētes clerici. milites & burgēses. sicut om̄s qui occurrūt ad scientias lucratiuas. mercatiōes & aliis modis innumeris tēpozalia cōgregāda. **I**ere. vi. **A** maiore vsqz ad minozē om̄s auaritie student. **M**uīus studiū scholares uel magistri sunt om̄s qui student rapinis. furtis. fraudibus. ex actionibus. & usuris. **Q**uartū est studiū malignatiū qui studēt ad nocendū aliis in corpore. rebus ul' anima. **E**xemplo dyaboli cuius totū studiū est decipere uel nocere. **T**ale fuit iudeoz studiū contra xpm. sicut patet ex multis euāgeliorum exemplis. **E**t etiā ante christi aduentuz. sicut dicit nee. ix. **R**eges nostri et p̄ncipes sacerdotes & patres nostri nō seruauerūt leges tuas &c. **E**t ifra. **N**ō seruierūt tibi. nec sunt reuersi a studiis suis pessimis. **I**ō eiecit eos dominus. & dispersit. sicut pdixit eis. **I**ere. xliiii. **N**on poterit dñs portare uos ultra p̄pter malitiam studioꝝ uestroz. **Q**uintū est studiū p̄uersoz qui difficile corrigunt id ē hereticoꝝ q̄ nēunt scripturas p̄uere. & hoīes subuere. **J**ob. xxxiii. **F**abricatores mendacii. & cultozes p̄uersoz dogmatū. ii. thy. ii. **I**n nouissimis diebus discedēt quidā a fide. attendentes spiritibus errozis & doctrinis demonioꝝ. **T**ales sunt qui studēt magicis artibus & supsticiosis. puta necromantie. diuinationibus. sortilegiis & hmōi. **E**contra iusti nō errozibus s; ueritati studēt. **I**uxta illud puer. xxvii. **S**tude sapientie fili mi ut possis ex p̄bzanti respondere se rmonē id ē heretico resistere opponendo. **R**espondeo. ueritatē fidei defendendo. **S**extum est studiū uanitatis. sicut in figmētis & fabul' poetaruz. in uanis & curiosis sciētis p̄hoꝝ. sic multi sp̄zetis sacris litteris student i libris genitiliū. **C**ontra quos decretoꝝ. d. xxxvii. p̄ totū. **N**ota quō fuit Iero. flagellatus. sicut ipse de seip̄o testat. **E**contra **I**ere. vii. **B**onas facite uias uestras & studia ūra. & habitabo uobiscū. **E**t idē. xviii. **D**irigite studia uestra zc.

DE DOCILITATE.

Secunda pars prudentie est docilitas actiue scz et passiue. **A**ctiue quidē ut sit hō habilis ad cōpetenter & p̄mpte docendū. **P**assiue uero ut sit homo habilis et uoluntarius ad discendū. **A**d prudentia em̄ p̄tinet docilitas passiue. quia cū prudentia sit circa p̄cularia operabilia in quibus sunt q̄si infinite diuersitates que nō possunt sufficiēter ab uno hoīe cōsiderari sine doctrina alioꝝ. nec p̄ modicum tēp̄ sciri sed p̄ diuturnitatē tēpozis. ideo i hīs que ad prudentia p̄tinent maxime indiget homo ab alio erudiri. et scipue ex senibus qui sanuz intellectū adepti sunt circa fines operabiliuz. vnde pl̄s dicit in. vi. echi. **O**portet attendē expertoꝝ et senioꝝ et prudentū in demōstrabilibus. enuntiationibus. et opinioibz n̄ minus

q̄ in demonstrationibus. Propter experientias em̄ vident principia. Vnde et puer .iiii. dicit. Ne imitaris prudentie tue. Et eccl. vi. In multitudine p̄biteroꝝ id est senioꝝ prudentium sta. et sapientie illoꝝ ex corde cōiungere. Hoc autē p̄met ad docilitatē ut aliq̄s sit bene discipline susceptiuus. et ideo cōuenienter ponitur docilitas p̄ prudentie. Hec autē diuersitas h̄m aptitudinē quidē est a natura. sed ad eius consummatōem plurimū ualet humanū studiū. sed homo sollicitē frequēter et reuerenter aīm suam applicat documentis maiorū. nō negligens ea p̄ ignauitā. nec cōtēnens eā p̄ supbiā. Item ad prudentiā p̄met docilitas actiue dicta quia ad prudentes p̄met esse aptos et habiles. ad docēdū subditos. ut sint doctores et rectores ydonei. Hanc salomon p̄cipue postulauit a dño. sicut legit̄ .iiii. regū .iiii. Dabis seruo tuo cor docile ut possim iudicare pplm tuū et discernere inter bonū et malum.

DE CONSIDERATIONE.

iudicio quanto plus aggregant temporalia. tanto plus spiritualibus uacuant. ac interdum diuersis & inopinatis casibus emergentibus egestatem temporalem incurrunt. Sicut dicit Iere. xlii. Fames pro qua solliciti estis adhaerebit uobis. Quarto producit ad eternam miseriam. propter quod dicitur ps. xi. Expectatio sollicitorum peribit. Expectat cupidi. quod diu uiuant. quod in fine peniteant. quod aliena restituant. quod sua distribuunt. quod ueniam consequantur & gratiam. Sed hec expectatio est mala sollicitudo. quia nec uere penitent. nec restitunt aliena. nec distribuunt sua. Quod si forte faciunt quandoque. frustra hoc faciunt. quia nec gratiam consequuntur. nec ueniam. sed eternam miseriam deuoluunt. De tertia sollicitudine scilicet quam generat carnalitas dicitur Mat. vi. Ne solliciti sitis anime uestre quid manducetis. neque corpori uestro quid induamini. non est intelligendum hic dominus prohibere necessarium licitum & moderatum actum provisionis humane quantum ad necessarium uel decentem uictum & uestitum. sed illicitum & imoderatum. Unde excludit imoderatum studium & superfluum curam in procuracione gulositatis quod est contra illos qui nimis sunt solliciti de parandis uel procurandis diuinis. festis & cibariis delicatis. qui timere uidentur ne fame moriantur. uel quod non habeant delicias uel uoluptuosa que appetant. Talibus promittit dominus. Iere. xlii. Fames pro qua solliciti estis adhaerebit uobis. Tales spiritus fame patiuntur ut canas. nam cum in mane fuerint saturati cogitant quomodo eque laute uel lautius epulentur in sero. & in sero sollicitantur de crastino. & sic semper. Alia est sollicitudo quam inducit uoluptas libidinis. Sic patet de duobus senibus impudicis. Dan. xiii. Observabant quotidie sollicitus uidebant eam. De quarta sollicitudine uidelicet quam imperat caritas. Sciendum quod sicut caritas una est essentialiter ad deum. ad seipsum. & ad proximum. sed multiplex in effectu. sic multiplex est sollicitudo proueniens ex uno habitu caritatis. Est enim sollicitudo quedam respectu sui. quedam respectu dei. & quedam respectu proximi. Est inquam sollicitudo hominis ad seipsum. Primo quidem per peccata preterita puniendi. Exemplo illorum quibus dicitur ap. i. cor. vii. Ecce hoc ipsum contristari uos quantum in uobis operatur sollicitudinem scilicet penitentiam agenda. Secundo est sollicitudo puritate conscientie conseruandi. sicut precepit dominus. deuter. vi. Custodi te metipsum. & animam tuam sollicite. Custodi inquam te metipsum. ne peccato consentias. ne in temptacione succumbas. ne in tribulacione deficias. ne pigritie languore torpescas. Tertio sollicitudo est virtuosa opera faciendi. & merita acquirendi. sicut mundani solliciti sunt pro uicualibus & aliis necessariis acquirendis uiriliter operari. Sicut dicitur ecd. xxxviii. Figulus sedens ad opus suum uertens pedibus suis rotam & in sollicitudine positus est propter opus suum. Et ibidem ante ponit alia exempla multa de aliis artificibus. dicens. Omnis faber & architectus nocte quasi diem transigit. Si igitur isti sunt ita solliciti pro lucro temporalis. pro uictu quotidiano.

pro necessariis sibi impoſterum puidendis. & diuitiis tēporalibus acquirendis. quātomagis deberemus eſſe ſolliciti p ſpiritali lucro. pro meritis & ſpiritalibus aīe diuitiis acquirendis. **R**urſus eſt ſollicitudo hominis ad deū. ad quā mouere nos debz timor punitōis. Pudoz confuſionis. amoz cōplacētie. honoz reuerētie. ad ſollicitudinē in hiis que ad deū ptinent habendam. mouere ſolet quādoqz timor punitōis. ſicut timore pene mulci uel retrahunt a malo uel ad bonū aliquod attrahunt. vñ Job .xxiii. **A** facie eius turbatus ſum. & cōſiderās eum timore ſollicitoz. **T**urbatus ſum inquit. ſz nō prurbat. turbatus in quā. nō turbatōe ratiōem excecāte. uel iudiciū ſubuertente. uel uoluntatē puerente. ſed turbatōe admiratōnis. **S**icut beata uirgo turbata ē i ſermone archangeli gabrielis **Luce .i.** **S**equit. & cōſiderans eū timore ſollicitoz. i iudicando diſtictiſſimū. in puniēdo ſeueriſſimū. timore initali uel filiali ſollicitoz ad pētū deteſtandū. ad ſciētā diſcutiēdū. ad iudiciū metuendū. ad ſupplicū pcauendū. & ad bonū ubiqz faciēdū. **I**deo dicitur ioſue .xxiii. **E**ſtote ſolliciti ut cuſtodiat ſcīta que ſcripta ſunt i uolumīe legis. **S**ecundo ſollicitare ſolet coz hoīs pudoz cōfuſionis. ſic patet in multis qui ne cōfuſionē ſuſtinere cogant faciūt aliqua bona. alias nō facturi. vñ .ii. thy .ii. **S**ollicite cura teipſum. pbabilē exhibere deo. operariū icōfuſibile. id ē ſic ſtudeas operari ut nō cōfuſione dignus appareas. ſed potius approbatōe diuina. **Q**ui em cōfuſione res dignas gerit. & in ſciētia ſua etiā nullo ſciente confundit. & ſuſione dignus iudicabitur i diuino iudicio & cōfuſibiliter cōdenabit. **I**deo aīe peccatrici dicit yſa .lvii. **V**ia z manus tue iueniſti ſz cōfuſionē. ſic manus tua. id eſt opera tua meruerūt. **P**ropterea nō rogaſti p quo ſollicita timuiſti. **T**ertio ſollicitare ſolet coz hoīs amoz cōplacētie. ſicut patet qz homines ſollicite ſeruiūt hiis quos amant & quibus placere deſiderāt. **I**deo .i. coz .xii. **S**ollicitudine nō pigri. ſpiritu ſeruētes. dño ſeruētes. **E**t .i. coz .vii. **Q**ui ſine vxore eſt. ſz carnali ul ſine cōcupiſcētia mūdiali. ſollicitus ē que dñi ſunt quō placeat deo. **Q**uarto ſollicitare ſolet coz hoīs honoz reuerētie. ſicut ſolliciti ſunt filii parētes ſuos. ſerui dños honozare. ubiqz ambulātes cum eis. ut eis honozē exhibeant. **M**ichee .vi. **I**ndicabo tibi homo qd ſit bonus & quid dñs requirat a te utiqz facere iudiciū & diligere miſericordiā & ſollicituz ambulare cum deo tuo. **Q**ui aut deū honozant & ei placere deſiderant. & eccleſiā ſanctā & miniſtros eius honozāt. & etiā loca ſanctā i quibus deo pziſcipaliē honozāt. **S**icut faciēbāt illi de qbus dicit .ii. mach .xv. **E**rat eis p uxozibus & liberis. **I**temqz p fratribus & cognatis minor ſollicitudo. maximus aut & primus p ſanctitate timor erat tēpli. **I**tem ē ſollicitudo hominis ad pximum. & hec ē muleplex i effectu. uidelicet miniſtrando egētibz ſubſidiū pietatis. ſeruā

do cōiuentibus conſortiu vnitatis. preſtando ignozantibus conſiliū ueritatis. pbendo loborantibus ſuffragiū ſanctitatis. **D**e primo gal. .ii. vt pauperū memozes eſſem. **S**equit. **S**ollicitus fui hocipm facē. & **Luce .x.** **M**artha martha ſollicita es ſz xpo & eius diſcipulis miniſtrando. **I**tem thob .i. **E**ſurientes alebat nudif veſtimēta pbebat. moztuis atqz occiſis ſepulturam ſollicitus exhibebat. **D**e ſecūdo dicit eph. .iiii. **S**olliciti ſeruare unitatē ſpiritū i uinculo pacis. **D**e tertio. colo .ii. **V**olo uos ſcire quales ſollicitudinē habeā p uobis & p hiis qui ſunt laodicie ut ſolentē ipſoz cozda. iſtucti i caritate. & in omīs diuitias plenitudis intellectu. in agnitōe miniſterii dei. **D**e quarto. colo .iiii. **S**alutat uos epaphras ſollicitus p uobis in orationibus. & phil .ii. **T**hymoteus ſincera affectione p uobis ſollicitus eſt. **A**d hāc ſollicitudine pziſcipue tenentē plari. ſic dicit ro .xii. **Q**ui preeſt in ſollicitudine .ii. coz .xi. **I**nſtātia mea quotidiana ſollicitudo omīs eccleſiarum. **E**t .i. mach .xvi. **S**ymon pambulās ciuitates & ſollicitudinē gerēs earū deſcendit. **S**ymon qui interpretat̄ audiens deſignat pziſcipem uel platum. qd ad hoc debet pambulare p ciuitates & caſtra ut audiat ſi ſit in eis aliquid corrigendum. ſollicite debet iquirere omīs ſubditos. patienter audire. **I**uxta illud deut .i. **I**ta paruum audietis ut magnū. **D**ebet aut deſcendere in iericho. ad defectus uidelicet corrigendū.

DE DISCIPLINA. DIS. XLII.

Dodecima pars prudētie eſt diſciplina. **A**d cuius euidētā ſciendū qz diſciplina triplacit accipit̄ in ſcriptura **V**no modo dicit̄ diſciplina idēz realiter quod ſciētia. differēs ratōe. **D**icit̄ em ſciētia ſm qd eſt habitus cognitōis firmatus i aīa. & dicit̄ a ſciendo. **D**iſciplina uerō dicit̄ p cōparationē ad diſcipulū. & dicit̄ a diſcendo. **S**icut doct̄rina dicit̄ p cōparatōm ad doctorem. & dicit̄ a docendo. **V**ñ puer .xii. **Q**ui diligit diſciplinā diligit ſciētā. & eiſdez .xix. **S**uſcipe diſciplinā ut ſis ſapiēs. **S**ecundo mō dicit̄ diſciplinā cōrectōis. puer .xxii. **N**oli ſubtrahere a puero diſciplinā. **I**bidē. **S**ulticia colligata eſt i corde pueri. ſed uirga diſcipline effugabit eam. **A**d hanc ſuſcipiendā hoztat̄ ſapiēs pū .iii. **D**iſciplinā dñi fili mi ne abiicias. neqz deficias cū ab eo corripit̄. quē em diligit dñs corripit̄ & .heb .xii. **I**n diſciplina pſeuerate filii. **S**equit̄. **Q**uis em filius quē non corripiat pater. qz ſi extra diſciplinā eſtis cui pziſcipes facti ſunt omīs. ergo adulteri & nō filii eſtis. **D**e hiis duobus ſil dicit̄ in ps. **D**iſciplina tua correxit me in finē. & diſciplinā tua ipa me docuit. **D**iſciplinā cōrectōis patienter ſuſtinere debemus exēplo xpi. **D**e quo dicit̄ yſa .liii. **D**iſciplinā pacis nre ſup eū. **I**pſe ſui gratia p nob ſuſcepit duriffimā diſciplinā. ut nemo p peccatis ſuis quantūlibet aſperā ſuſtinere recuſet. **T**ertio mō dicit̄ diſciplina ordinata moze cōpoſitō. **V**nde aliqz diſciplinat̄ dicit̄ hō ſcilicet

vn diqz bene moribus ordinar. hanc petebat ps. dicens. Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me. Bonitatem quantum ad gratiam interiorum disciplinam quantum ad exteriorum morum compositionem honestam. scientiam quantum ad intellectus illustrationem. per hec tria puenit ad beatitudinem. Ricardus de sancto victore diffinit eam sic. **D**isciplinam est conuersatio bona & honesta cui parum est malum non agere. sed studet etiam in hiis que benefacit per omnia irreprehensibilis apparere. Idem **D**isciplinam est membrorum omnium motus bene ordinatus. & dispositio decens in omni habitu & actione. Idem. **D**isciplinam est compes cupiditatis. malorum desideriorum carcer. frenum lasciuie. elationis iugum vinculum iracundie. que domat in temperantiam. leuitatem ligat. atque omnes inordinatos et illicitos mentis suffocat appetitus. Et sic per inconstantiam mentis nascitur inordinata motio corporis. ita quoque per disciplinam cum corpus astringitur animus ad constantiam solidatur. et paulatim mens ad quietem componitur cum per discipline custodiam mali motus eius foris fluere non sinuntur. Ideo bene dicit sapiens puer. xv. Qui abiicit disciplinam despiciat animam suam. Sap. iiii. Sapientiam et disciplinam qui abiicit infelix est. quia similis est illi de quo loquitur salomon puer. v. Homo apostata vir inutilis gradum ore pueris. annuit oculo. terit pede. digito loquitur. pseudo corde machinatur. malum. omni tempore iurgia seminat. Idem ricardus.

Quattuor sunt precipue in quibus consideranda est disciplina. in habitu. in gestu. in locutione. & in comestione. In habitu quinqz modis disciplina custoditur. in genere. & qualitate. in colore. in formate & coaptate. In genere. ne sint nimis preciosa. In qualitate. ne sint nimis subtilia uel mollia. In colore. ne nimis nitida uel aliquo modo supra quod disciplina religiose conuersationis expedit fucata. In formate ne sint nimis magna aut depedentia aut fluxa aut nimis stricta siue quolibet alio modo secundum seculi vanitatem detorta. Coaptatio ad modum portandi pertinet. Et sunt mille modi quibus homines uanissimi spectaculum de se intuentibus facere concupiscunt. Idem Ricardus. Vestimenta appetant serui dei plus uilia quam preciosa. plus gratiosa quam subtilia. plus aspera quam mollia. plus fusca quam nitida. plus neglecte quam composita accurate. Idem ricardus.

Gestus est modus & figuratio corporis et membrorum ad omnem agendum & habendum modum. Hic sex modis reprehensibilis inuenitur. scilicet si est aut mollis. aut dissolutus. aut tardus. aut citatus. aut peccatus. aut turbidus. Mollis significat lasciuiam. dissolutus negligenciam. tardus pigritiam. citatus inconstantiam. peccatus superbia. turbidus iracundiam. Idem Ricardus. Diligent obseruandum est ut singula membra sua teneant officium. ut id agat horum quodlibet ad quod factum est. nec unum usurpet officium alterius. ut nec loquat manum. nec os audiat. nec oculus lingue officium assumat. & sic de aliis. Sunt enim quidam qui audire uel auscultare nesciunt nisi buccis patentibus. quasi per os audiant. Alii labia uelue

molam circumdant. Alii ut canes sitientes linguam extrahunt. Alii loquendo digitum extendunt. & supercilium erigunt. Alii oculos in orbem rotant. & sic de aliis. Idem. Alii nares rugant. alii labia extorqueunt. alii ore dimidio loquuntur. alii brachia nauigando. alii pedibus per terram ambulando & lacertis in aere uolitant. Mirabile monstrum quod fingit in se hominis incessum. nauis remigium. auis uolatum. Item idem Ricardus. Secunda est custodia discipline in gestu. ut unumquodque membrorum id quod facit eo modo ac mensura faciat quo faciendum est. Hoc est ridere sine aspectu dentium. videre sine defixione oculorum. loqui sine extensione manuum & intensione digitorum. sine contorsione labiorum recedere. sine modulato gressu. sine uentilatione brachiorum. sine gestulatione scapularum sedere. sine diuersione crurium. sine alteratione supinatione pedum. sine extensione uel agitatione tibiarum. sine aliqua cumulatione laterum iacere. sine deiectione membrorum. & ut de hiis finem loquendi faciamus. gestus hominis in omni actu debet esse gratiosus sine mollitie. quietus sine dissolutione. gratus sine tarditate. alacer sine iniquitate maturus sine perueria & sine turbulencia seuerus.

Tercio secundum eundem Ricardus. In locutione seruanda est disciplina ut attendat homo quid cui. ubi. quando. quare loquitur. & quantum. Quid. uerba uera & utilia & nunquam ociosa habeant. Ociosa autem sunt omnia que sunt aut nocua aut inhonesta aut inutilia. Inutilia sunt que nec audientibus neque loquentibus profunt. In honesta sunt. que uel illius qui loquitur. uel illius cui loquitur. uel de quo loquitur dignitati non conueniunt. Nocua sunt que suis suasionibus animos auditorum siue ad errorem. siue ad prauiatem inducunt. Qualitas autem persone cui loquendum est quattuor modis consideratur secundum etatem. secundum scientiam. secundum officium. secundum conditionem. Secundum etatem. quia aliter conuenit loqui senibus. aliter iuuenibus. aliter sapientibus. aliter simplicibus. aliter actiuis. aliter contemplatiuis in negotiis secularibus. aliter contemplatiuis in spiritualibus. aliter dominis. aliter seruis. aliter patris. aliter subditis. Idem. Considerandum est qualiter sit loquendum non stultis & ebriosis & dormientibus & contemnentibus. Vbi. quando. quomodo. quare. quantum. Nota.

In mensa autem debet esse duplex custodia discipline. Prima in gestu suo. Secunda in cibo suo. Hiis tribus modis inter epulas in gestu suo debet homo seruare disciplinam in semetipso. uidelicet ut lingua a loquacitate restringat. et oculos suos a circumspectione coerceat. & ut cetera membra cum modestia & quiete contineat. Triplex etiam obseruantia debet esse in cibo. ut attendat homo quod sumat. quantum. & quomodo sumat. Quid sumat. ut non nimis delicata & preciosa. aut nimis rara aut insolita. aut nimis accurate & late preparata occupet. In quantitate sumendi habenda est custodia discipline. ut neque contra honestatem neque supra necessitatem sumat cibum. Non enim omnis uenter est idem. Alteri enim sufficit minus & ille leditur superfluitate cito. alter

pluribus indiget & plura requirit. & in hoc sepe honestas comedendi ledit. & priusquam ad superfluitatem ueniat prius caueat superfluitatem. tēdat & attendat honestatem. In modo sumendi habenda ē disciplina. ut hō cibum mūde sumat & tēperate. munde ut ī sumēdo caueat homo ab omī imūditia & ibonestate. Tēperate ut caueat a cibi & potus superfluitate & sumēdi nimis festinatōe. & moza nimia ī comedendo.

DE SPECIEBUS PRUDENTIE. DISTINTIO. XLIII.

DEmde considerandus est de partibus prudentie subiectiuis. Et quia de prudentia per quam aliquis rogat semetipsum iam dictum est. restat dicendum de speciebus prudentie quibus multitudo gubernatur. Circa quas queruntur quatuor. Primo utrum regnatiua debeat poni species prudentie. Secundo utrum politica. Tertio utrum yconomica. Quarto utrum militaris. Ad primum scilicet utrum regnatiua debeat poni species prudentie. dicendum quod sicut ex supradictis patet ad prudentiam pertinet regere & precipere. Et ideo ubi inuenitur specialis ratio regiminis precepti in humanis actibus ibi inuenitur specialis ratio prudentie. Manifestum est autem quod in eo qui non solum seipsum habet regere. sed etiam communitatem perfectam ciuitatis vel regni inuenitur specialis & perfecta ratio regiminis. Tanto enim perfectior regimine est. quanto est uniuersalius et ad plura se extendens. & uniuersaliorum finem attingens. Et ideo regi. ad quem pertinet regere ciuitatem uel regnum. prudentia competit secundum speciale et perfectissimam sui rationem. Et propter hoc regnatiua ponitur species prudentie. Quauis autem regnatiua ordinetur ad iusticiam. sic dicitur. v. ethi. Princeps est custos iusticie. tamen magis ponitur species prudentie quam iusticie. quia omnia que sunt uirtutum moralium pertinent ad prudentiam sicut ad dirigentem. Unde et ratio recta prudentie ponitur in definitione uirtutis moralis. ut supra dictum est. Et ideo etiam executio iusticie potest ordinari ad bonum commune que pertinet ad officium regiminis indiget directione prudentie. Unde iste due uirtutes sunt maxime proprie regi. scilicet prudentia & iusticia. secundum illud. Iere. xxiiii. Regnabit rex & sapiens erit. & faciet iudicium & iusticiam in terra. quatenus dirigere magis pertinet ad regem. exequi uero ad subditos. ideo regnatiua magis ponitur species prudentie quam est directiua quam iusticie que est executiua. Ad secundum scilicet utrum politica sit species prudentie. dicendum quod seruus per imperium mouetur a domino. & subditus a principante. aliter tamen quam irrationabilia & inanimata mouentur a suis motoribus. Nam inanimata & irrationabilia aguntur solum ab alio. non autem agunt seipsa. quia non habent dominium sui actus per liberum arbitrium. Et ideo rectitudo regiminis ipsorum non est in ipsis sed solum in motoribus. Sed homines serui uel quicumque subditi ita aguntur ab aliis per preceptum. quatenus agunt seipsos per liberum arbitrium. & ideo requiritur in eis quedam rectitudo regiminis per quam se ipsos dirigant in obediendo principantibus. et

ad hoc pertinet species prudentie que politica uocatur. Ad tertium scilicet utrum yconomica sit species prudentie. dicendum quod ratio obiecti diuersificata secundum uniuersale & particulare. uel secundum totum & partem. diuersificat artes & uirtutes. Secundum quam diuersitatem una est principalis respectu alterius. Manifestum est autem quod domus medio modo habet se inter unam singularem personam & ciuitatem uel regnum. Nam sicut una singularis persona est pars domus. ita una domus est pars ciuitatis uel regni. Et ideo sic prudentia communiter dicta que est regnatiua unius distinguitur a politica prudentia. ita oportet quod yconomica distinguatur ab utroque. Ad quartum scilicet utrum militaris sit species prudentie. dicendum quod ea que secundum artem & rationem aguntur. conformia oportet esse hiis que sunt secundum naturam que a ratione diuina sunt instituta. Natura autem ad duo intendit. Primo quidem ad regendum unumquamque rem in se ipsa. Secundo uero ad resistendum extrinsecis impugnantibus & corruptiuis. Et propter hoc non solum dedit animalibus uim occupabilem per quam mouentur ad ea que sunt saluti accommodata eorum. sed etiam uim irascibilem per quam animal resistit impugnantibus. Unde & in hiis que sunt secundum rationem non solum oportet esse prudentiam politicam per quam conuenienter disponantur ea que pertinent ad bonum commune. sed etiam militare per quam hostium insultus repellantur.

DE EUBULIA. SINESI. ET GNOMYN. DISTINTIO. XLIII.

DEmde considerandum est de uirtutibus adiunctis prudentie que sunt quasi partes potentiales ipsius. Et circa hoc queruntur quatuor. Primo utrum eubulia sit uirtus. Secundo utrum sit specialis uirtus a prudentia distincta. Tertio utrum synesis sit specialis uirtus. Quarto utrum gnomyn sit specialis uirtus. Ad primum scilicet utrum eubulia sit uirtus. dicendum quod sicut supra dictum est. de ratione uirtutis humane est quod faciat actum hominis bonum. Inter ceteros autem actus hominis proprium est consiliari. quod hoc importat quandam rationis inquisitionem circa agenda in quibus consistit uita humana. nam uita speculatiua est supra homines. ut dicitur in x. ethi. Eubulia autem importat bonitatem consilii. Dicitur enim ab eu quod est bonum & bonum quod est consilium. quia bona consiliatio uel potius bonum consiliatiua. unde manifestum est quod eubulia est uirtus humana. Ad secundum scilicet utrum sit uirtus distincta a prudentia. dicendum quod sicut dictum est supra. Virtus prudentie ordinatur ad actum quem reddit bonum. Et ideo oportet secundum differentiam actuum esse diuersas uirtutes. et maxime quando non est eadem ratio bonitatis in actibus. quod si esset eadem ratio bonitatis in eis. tunc ad eandem uirtutem pertineret diuersi actus. sicut ex eodem dependet bonitas. amoris. desiderii. & gaudii. Et ideo omnia ista pertinent ad eandem uirtutem caritatis. Actus autem rationis ordinati ad opus sunt diuersi actus. nec habent eandem rationem bonitatis. Ex alia enim efficitur homo bene consiliatiuus. &

bene iudicatus. & bene pceptus. Quod patet ex hoc qd ista aliquando ab invicem separantur. Et ideo oportet aliam esse virtutem eubuliam per quam homo est bene consiliatus. & aliam prudentiam per quam homo est bene pceptus. Et sicut consiliarius ordinatur ad percipere tanquam ad principalem. ita etiam eubulia ordinatur ad prudentiam tanquam ad principaliorum virtutem in qua nec virtus esset. sicut nec morales virtutes sine prudentia. nec ceterae virtutes sine caritate. Licet autem eubulia & prudentia ordinentur ad eundem finem. ut dicitur. vi. ethi. id est non ad quendam finem particularem sed ad commune finem totius vite. ex hoc non sequitur quod sint una virtus. quia ad unum finem ultimum quod est bene vivere bene ordinantur diversi actus secundum quandam gradum. Nam procedit consilium. sequitur iudicium. Et ultimum est pceptus quod immediate respectum habet ad finem ultimum. Alii autem duo actus remote quod tamen habent quosdam proximos fines. consilium quidem inventionem habet eorum que agenda sunt. iudicium autem certitudinem. Unde ex hoc non sequitur quod eubulia & prudentia non sint divise virtutes. sed quod eubulia ordinatur ad prudentiam sicut virtus secundaria ad principalem. Ad tertium scilicet utrum synesis sit virtus. dicendum quod synesis importat rectum iudicium. non quidem circa speculabilia. sed circa particularia operabilia. circa quod est etiam prudentia. unde secundum synesim dicuntur aliqui in greco syneti. id est sensati. vel eusyneti. id est homines boni sensus. Sicut e contrario qui caret hac vita dicuntur asyneti. id est insensati. Oportet autem quod secundum differentiam actuum qui non reducuntur in eandem causam sit etiam diversitas virtutum. Manifestum est autem quod bonitas consilii & bonitas iudicii non reducuntur in eandem causam. Multi autem sunt bene consiliati qui non sunt tamen bene sensati quasi recte iudicantes. sic etiam in speculativis aliqui sunt bene inquirentes. propter hoc quod ratio eorum prompta est ad discurrendum per diversa. Quod videtur provenire ex dispositione ymaginative virtutis. quod defacili potest formare diversa fantasmatum. & homines quandoque non sunt boni iudicii. quod est propter defectum intellectus qui maxime contingit ex mala dispositione communis sensus non bene iudicantis. Et ideo oportet propter eubuliam esse aliam virtutem que est bene iudicativa. & hec dicitur synesis. Sciendum autem quod rectum iudicium in hoc consistit quod vis cognoscitiva apprehendat rem aliquam secundum quod in se est. Quod quidem provenit ex recta dispositione virtutis apprehensivae sicut in speculo si fuerit bene dispositus imprimuntur forme corporum secundum quod sunt. si vero fuerit speculum male dispositum apparerunt ibi ymagines distortae & prave se habentes. Quod autem virtus cognoscitiva sit bene disposita ad recipiendum res secundum quod sunt. contingit quidem radicaliter ex natura consummative autem ex exercitio vel ex munere gratiae. & hoc dupliciter. Vno modo directe ex preceptis ipsius cognoscitive virtutis. puta quod non est imbuta pravus conceptibus. sed veris & rectis. et hoc pertinet ad finem secundum quod est specialis virtus. Alio modo indirecte ex bona dispositione appetitive virtutis ex qua sequitur quod homo bene iudicet

de appetibilibus. & sic bonum virtutis iudicium consequitur habere virtutem moralem. sed circa fines. synesis autem est magis circa ea que sunt ad finem. Ad quartum scilicet utrum gnomyn sit virtus distincta a prudentia. dicendum quod habet cognoscitivum distinguntur secundum altiora vel inferiora principia. sic sapientia in speculativis altiora principia considerat quasi scientia. Et ideo ab ea distinguitur. et ita etiam oportet esse in actibus sicut in speculativis. Manifestum est autem quod illa que sunt propter ordinem inferioris principii siue cause reducuntur quandoque in ordinem altioris principii. sic monstruosi prus animalium sunt propter ordinem virtutis actus in semine. tamen cadunt sub ordine altioris principii. scilicet celestis corporis vel alterius prudentie divine. Unde ille qui consideraret virtutem actuum in semine non posset iudicium certum ferre de hominum monstris. de quibus tamen potest iudicari secundum considerationem divine providentie. Contingit autem quandoque esse aliquid faciendum propter communes regulas agendorum. puta cum in pugnatore patrie non est depositum reddendum. vel aliquid aliud hominum. Et ideo oportet de hominum iudicare secundum aliquod altiora principia quasi sint regule communes secundum quas iudicat synesis. Et secundum illa altiora principia existit altior virtus iudicativa. Vocatur autem gnomyn que importat quandam perspicacitatem iudicii. **DE DISCRETIONE.** Quia tam synesis quasi gnomyn importat rectum iudicium ut ex premissis apparuit. Rectum autem iudicium fit per virtutem discretivam. ideo de discretione videndum est quod sit discretio. & ad quod sit utilis. Est autem discretio. sicut dicitur papianus. discussio querulorum rerum. & consideratio ad quod tendant. Item quidam sapiens ait. Discretio est in iudicandis rerum causis. prouta istanorum motuum moderatrix. Sciendum autem quod discretio necessaria est in conscientis dirigendis. in eloquiis proponendis. in consiliis tribuendis. in iudiciis preferendis. & in misteris cognoscendis. Est inque discretio necessaria in conscientis dirigendis. Ipsa siquidem discernit verum a falso. bonum a malo. utile a non utili. expediens a non expediens. malum respuit. bonum eligit & diligit. virtutes dirigit. & erigit corda. ut vitiis ornatur eas. & motus & actus earum ordinat. ex erema temperat. moderata conservat. & excessus evitat. ignota discutit. & incerta expedit & diffinit. Bern. Homini opus est discretivam scientiam que zelum suppressat. spiritum temperet. ordinet caritatem. Discretio quippe omni virtuti ordinem ponit. ordo modum tribuit & decorum. & etiam perpetuitatem. Est ergo discretio non tantum virtus quasi quedam moderatrix et auriga virtutum ordinatrixque affectuum & morum doctrix. & summatio perfectivum. tolle hanc vitium erit ipsa. etiam affectio naturalis. Hanc autem discretivam facit in corde verbum divinum inspiratum divinitus & infusum. De quo dicitur hebrei. iii. Vivum est verbum dei & efficax. & penetrabilior &c. Sequitur. Et discretor cogitatio non & intentionum cordis. hic est cibus solidus perfectorum. qui exercitatus habet sensus ad discretivam boni & mali. Secundo discretio est necessaria in eloquiis proponendis vel exponendis. Magna

quippe discretio requiritur in loquendo. quia sic dicitur Iac. iii. Si quis in uerbo non offendit. hic perfectus est uir. nam prudens homo primo debet habere uerbum in corde circūcidens illud prius lima ratio quae ueniat ad linguam incaute prolatam. Sene ca. Primo ueniat sermo ad limam quae ad linguam secundum quod dicitur in psalms. Os iusti meditabitur sapientiam & lingua eius loquetur iudicium. De liberati sermone nis & per rationem ad proferendum iudicium. Eccl. xxi. Verba prudentium statera ponderabuntur. quia ponderare & deliberare loquetur. In ore fatuorum cor eorum. & in corde sapientium os eorum. quia sapientes & discreti prius discernendo in corde deliberant quae loquantur. stulti e contrario. Sic beata uirgo cogitabat quae esset angelica saluatio. & pastorem uerba & symeonis & anne conferens in corde suo antequam responderet. ut legitur Luce. i. Nec solum in colloquio sociali uel singulari. sed multo magis in praedicatione uerbi diuini. in qua doctor uel praedicator debet attendere quae quibus quae & qualiter sint proponenda. Quia debet attendere quae altioribus altiora. maioribus maiora. minoribus uero id est simplicibus plana et facilia. & modo grossiori debent proponi. ut audita melius capere possint & facilius retineant. Item aliquos mouere debet per rationes. aliquos per blandas admonitiones. aliquos per duras increpationes. aliquos per uirtutum exempla. Per rationes & auctoritates plenius spiritu discretio Petrus in prima praedicatione sua. post receptum spiritum sanctum de crucifixionibus domini conuertit circa tria milia. qui puncti corde baptisati sunt. ut legitur actuum. ii. Dura increpatione duos & obstinatos phariseos Iohes baptista alloquitur Math. iii. Videns Iohes multos phariseos et saduceos. Genimiam uiperarum & yfido. in li. iiii. de sententia eius. Non eadem omnibus competere doctrina. sed per diuersitatem morum diuersa erit exhortatio doctorum. sic diuersis infirmitatibus diuersa competunt remedia non omnibus una. Nam quosdam corrigit increpatione dura. quosdam uero exhortatione blanda. Sic Iohes baptista diuersis diuersa. secundum quod eis competebat praedicabat salutis remedia. Aliter enim praedicabat & consulebat phariseis. aliter turbis. aliter militibus. Item yfido. ibidem. Prima quippe prudentie uirtus est eam quam docere oportet estimare personam Rudibus populis & carnalibus plana atque communia. quae si eis proponuntur quae capere non possunt indiscrete altiora aut detrahunt aut negligunt aut contemnunt. & potius per summa & ardua opprimuntur quam erudiuntur. Corui non dant pulli suis cibum solidum et suum usquequo sunt sibi similes & solidiores effecti nigrescunt tunc pascentur eos suo solido cibo. sic doctores boni quos iam uident sibi similes. & per penitentiam nigrescere. hos iam puerulos pascentur solido cibo. Ad hoc autem facit exemplum quod refert beda de gestis anglorum. li. iiii. & dicitur quod osuualdus rex anglorum cum esset baptizatus in scotia rogauit episcopos scotie ut mitterent ei praedicatorum quae praedicarent anglis adhuc paganis. quae miserunt ei unum episcopum quae cum esset magnus clericus. & praedicabat rudem populo nimis alta & ardua & rex eum per uiribus iu-

uabat interpretando eius uerba. Ipse autem quae idem discrete & nimis austere praedicabat nihil proficiens in hybernia de qua erat rediit. cum autem episcopi conuocato consilio quererent quae esset causa quae non profecisset dictus episcopus in gentem praedictam. quidam dicitur adam. respondit quod hoc fuit propter indiscretam praedicationem suam. quae populo rudi & infidelis non proposuerat plana & communia sed nimis ardua. Omnes autem patres illius sententiae senserunt. dicentes quod omnium uirtutum mater est discretio. & eum qui locutus fuerat episcopum ordinauerunt. & ibi miserunt. quae uirtutibus ornatus & praecipue discretionem grossa leuia & communia eis et quae possent capere praedicauit. & uadens cum rege per quattuor puincias britannie quae in quattuor linguas diuisa sunt scythionum. pictorum. scotorum. anglicorum. per discretam praedicationem suam omnes christo & regi subiecit. Fiducia enim sic estus gradus a cuius facie omnes fugiunt. qui arborum fructus omnes corrumpit. Fiducia nulla est peior passio quae est nutritrix omnium passionum. huic autem opponit discretio domini timorem quae generat humilitatem conseruatricem & nutritricem omnium bonorum temporalium & spiritualium.

Item discretio necessaria est in consiliis tribuendis. Praecipue in foro penitentiae & in hiis quae ad salutem pertinent animarum. Nam discretio illuminat rationem. ad discernendum de singulis. Sicut dicit apostolus. i. cor. iii. Spiritualis homo iudicat omnia. Sine discretiois lumine homo efficitur animalis. non percipit ea quae spiritus dei sunt. stultitia enim est illi. & non potest intelligere. Ut dicitur ibidem. uel sacerdotibus dicitur leuit. x. Habeatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum. iter pollutum et mundum. Sacerdotes enim indiscreti quae debent mundare & sanctificare examinant. quae debent seruare animas sed exterminant. quae debent diligere et eligere continent quae debent mundare polluunt. quae debent iudicare non discernunt. quae debent cognoscere non intelligunt. Quod notat Ezech. xxii. Sacerdotes contempserunt legem meam & polluerunt sanctuaria mea. inter sanctum & prophanum non habuerunt distantiam. iter pollutum & mundum non intellexerunt. Per discretionem homo discretius requirit & examinat consilia. discernit iusta. expedit et diffinit iudicia dubia et proplexa. hic potest dicitur quod dicitur sapientia puer. viii. Ego sapientiam habito in consiliis et eruditus inter sum cogitationibus. Quarto discretio necessaria est in iudiciis proferendis. Unde potest dicitur illud puer. viii. Meum est consilium et equitas. mea est prudentia et fortitudo. per me reges regnant et legum aditores iusta decernunt. Iohes salomō discretiois gratiam postulauit a domino. iiii. regum. iiii. dicens. Dab seruo tuo cor docile ut possit iudicare populum tuum et discernere iter bonum et malum. et per hanc cognouit et iudicauit de duabus meretricibus quae esset uera mater pueri quem uisum proceperat diuidi et medietate dari uni et aliam. Et post timuit omnes israel regem. uidentes diuinitatem in eo ad faciendum iudicium. Item discretionis plenus dauid iudicauit equam portioem dandam de preda eis qui lassii remanserant ad sarcinas. et eis qui uenerant ad plium. et factum est hoc

iudicium quasi p̄finitum et ostitutū. et quasi lex in isrl. in die illa et deinceps. ii. regū. xxx. Item hoc spiritu plenus daniel duos senes qui susan nā condēnauerāt ad mortē cōuicit. iudi cauit et cōdēnauit. ut legiē dan. xiii. **Q**uāto discretio necessaria ē in misteriis cognoscēdis. Hoc maxime cōpetit uiris spiritualib⁹ et p̄fectis ut sciant discernere iter reuelatiōes et illusiones. Angelus em̄ sathane quādoq; trāsf figurat se ī angelū lucis. illudēs uiris sanctis. reuelās eis secreta misteriā uel futura p̄dicēs. sed ut plurimū ueritati mltas falsitates admiscet ut decipiat et ī errozē inducat. Ideo. i. Ioh. iiii. Nolite omī spiritū credē. s; p̄bate spirit⁹ si ex deo sunt. Beatus martinus spiritū discretōis habuit q̄ dyabolū cognosceret inquantā. cūq; formā uel speciē se trāsfōrmaret. sic nouit eū & deceptōis sue fallaciā q̄ apparuit ei ī similitudine xp̄i purpura & dyademate renitētis. Item ī uitis patrū quidā fratres uenerunt ad beatū antoniū ut q̄rerēt ab eo de fantasiis suis q̄s credebāt reuelatōes quoz; asinus mortuus ē ī uia. qui cū q̄reret ab eis de asino suo quō mortu⁹ fuisset. cum aut mirātes q̄rerent ab eo quō hoc sciret ait qz demōes hoc ei reuelauerāt. & sumpta occasione de asino ostēdit quō fantasie sue nō erāt dei reuelatōes. sed de monum illusiones.

DE IMPRUDENTIA. DIS. XLV.

Demde considerandū ē de uitiis oppositis prudētie. Dicit aut Aug⁹. in iiii. cōtra iulianū. q̄ omibus uirtutibus nō solū sunt uitia manifesta

discretōe cōtraria sic prudētie temeritas. uerū etiā uicina quodā mō. nec uitate. s; qdā spē fallente similia. sic ipsi prudētie astutia. Primo ergo cōsiderandū ē de uitiis q̄ manifeste strari etatē hnt ad prudētiā. q̄ scz uitia pueniunt ex defectu prudētie. uel eoz; q̄ ad prudētiā req̄runt. Secūdo de uitiis q̄ hnt quandā similitudinē falsam cū prudētiā. q̄ scz stringūt p̄ abusu eoz; q̄ ad prudētiā req̄runt. Quia uo sollicitudo ad prudētiā p̄tinz. iō. circa primū cōsiderāda sunt duo. Primo quidē de iprudētia. Secūdo de negligētia q̄ sollicitudinē opponit.

Circa primū querunt sex. Primo de iprudētia utrū sit p̄ctm̄. Secūdo utrū sit speciale p̄ctm̄. Tercio de p̄cipitōe sū temeritate. Quarto de iconsideratiōe. Quinto de iconstantia. Sexto de origime hoꝝ uitiōz. **A**d primū scz utrū iprudētia sit p̄ctm̄. dicens q̄ iprudētia dupliciē accipi pot. vno mō priuatiue. alio mō strarie. Negatiue aut nō p̄prie dicit ita scz q̄ ipoztet solā carentiā prudētie q̄ potest esse sine p̄ctō. Priuatiue quidē iprudētia dicit īquantū aliq̄s caret prudētia quā nact⁹ ē et debet habē. & h̄m hoc iprudētia est p̄ctm̄ ratiōe negligētie qua q̄s adhibet studiū ad prudētiā habendā. Cōtrarie uero accipit iprudētia h̄m q̄ ratio prudētie cōtrario mō mouet ul agit. Puta si recta ratio prudētie agit cōsiliando īprudēs cōsiliū spernit. & sic de alijs q̄ in actu

prudētis oseruāda sunt. & hoc mō iprudētia est p̄ctm̄ h̄m ratiōem p̄pziā prudētie. Non em̄ pot hoc cōtingē q̄ hō cōtra prudētiā agat n̄ diuertēs a regulis quib⁹ ratio prudētie rectificat. Vñ si hoc cōtingat p̄ auersionē a reglis diuinis ē p̄ctm̄ mortale. puta cū aliq̄s q̄si contemnēs & repudiāns oīa documēta p̄cipitanē agit. si uo p̄ter eas agat aliqd absq; cōreptu & absq; detrimēto eoz; q̄ sūt de necessitate salutis. est p̄ctm̄ ueniale. **A**d secūdu scz utrū iprudētia sit p̄ctm̄ speciale. dicens q̄ aliqd p̄ctm̄ pot dici generale dupliciē. Vno mō absolute. qz scz est generale respectu oīm p̄ctōz. Alio mō quia ē generale respectu quozdā uitiōz. que sunt species ei⁹. Primo aut mō pot dici aliqd uitiū generale dupliciē. Vno mō p̄ essentialz. qz p̄dicatur scz de oibus p̄ctis. & hoc mō iprudētia nō est geniale p̄ctm̄ sic nec prudētia generalis uirtus. cū sint circa actus speciales etiā circa ipos actus ratiōis. Alio mō p̄ p̄cipitōem. & hoc mō iprudētia ē generale p̄ctm̄. Sic em̄ prudētia participat quodā mō ī omibus uirtutibus īquantū est directiua earū. ita & iprudētia in oibus uitiis & p̄ctis. Nullū em̄ p̄ctm̄ accidere potest n̄ sit defectus in aliquo actu ratiōis dirigentis qd̄ p̄tinet ad iprudētiā. Si uero dicat p̄ctm̄ generale n̄ simpliciter s; h̄m aliquod genus. qz scz cōtinet sub se multas species diuersas. sic iprudētia ē generale p̄ctm̄. Continet em̄ sub se diuersas species tripliciē. Vno mō quidē p̄ oppositū ad diuersas p̄es subiectiuas prudētie. sic em̄ distinguitur prudētia ī monasticā q̄ ē regitiua vni⁹ & ī alias species prudētie q̄ sunt multitudis regitiue ut supra habitū est. ita etiā iprudētia. Alio mō secūdu p̄es q̄si potētionales prudētie. q̄ sunt uirtutes adiuncte. & accipiunt h̄m diuersos actus ratiōis. Et hoc mō quātū ad defectū siliū circa quod ē eubulia est p̄cipitō sū temeritas iprudētie species. Quātū uo ad defectū iudicii. circa qd̄ sūt synesis & gnomyn est iconsideratiō. Quātū uero ad ipm̄ p̄ceptū quod ē p̄pzi⁹ actus prudētie est iconstantia & negligētia. Tercio mō possūt sumi p̄ oppositū ad ea q̄ requirunt ad prudētiā. q̄ sunt p̄es q̄si itegrales prudētie. s; si omia illa ordīnant ad dirigēdū p̄dictos tres rōis act⁹. ide ē q̄ om̄s defectus oppositi reducunt ad q̄tuoz p̄dictas p̄es sic incautela & icircūspectio icludī sub iconsideratiōe. Q̄ aut aliq̄s deficiat a docilitate uel memoria ul ratiōe p̄tinet ad p̄cipitōz. Improuidētia uo. & defectus intellectus uel itelligētie. & solertie p̄tinet ad negligētiā & ad iconstantiā. Et nota q̄ iprudētia q̄ opponitur prudētie. ponit eē p̄ctm̄ speciale. nō aut ignozantia q̄ opponit sciētie. quia em̄ scia magis ē remota a moralibus q̄ prudētia. h̄m p̄pziā ratiōem uerūq; inde ē q̄ ignozantia nō habet de se ratiōem p̄cti mortal. sed solū ratiōe negligētie p̄cedentis ul effectus loquētis. & p̄ter hoc ponit iter generales causas p̄cti. s; iprudētia h̄m p̄pziā ratiōem ipoztat uitiū

mortale. & ideo magis potest poi speciale peccatum. Item nota qd licet multa requirant ad prudentiam scz ratio. intellectus. docilitas &c. q supra dicta sunt. no tn sunt diuerse spes iprudencie ex defectu ul' corruptoe hmoi circumstantiaru. quia qn corruptio diuersaru circumstantiaru habet idem motiuu. no diuersificant species peccati. sic eiusdes species e pctm ut aliqs accipiat no sua. vbi n debet. & qn no debet. sed si sint diuersa motiua. tuc essent diuse species. Puta si vnus acciperet vnu no debet ut faceret iniuria loco sacro. qd faceret specie sacrilegii. aliq qn non debet ppter solu supfluu appetitu habendi. qd esset simplex auaritia & no defectus eoz q requirunt ad prudentia. n diuersificant species. n quatin ordinant ad diuersos actus ratiois. ut dictu est. **Ad** tertiu scz utru precipitatio sit speciale pctm sub iprudencia contentu. dicendu q precipitatio in actibus aie methaphorice dicitur. fm similitudine a corpali motu acceptam. Dicitur aut precipitari fm corporale motu quod a superiori i yma puenit fm ipetuz quedam pprii motus. uel alicu ipellētis no ordinate icededo p gradus. Summu aut aie e ipa ratio. Ymum aut est opatio per corpus exercitata. Gradus aut medii p quos debet ordinare descēdere sunt memoria pterito. itelligentia pntentiū. solertia iconsideradis futuris euentibz. ratiocinatio sferēs vnu alteri. docilitas p qua aliqs acqescit sententiis maiorz. Per quos qdes gradus aliquis ordiate descēdit recte cōsiliando. Si quis aut ferat ad agendū p impetu uoluntatis uel passiois pntis hmoi gradibus erit precipitatio. Cū ergo iordinatio cōsili ad iprudencia pteat. manifestu e q viciū precipitatiois sub iprudencia continet. Differt aut precipitatio & temeritas. qz illa dicunt fieri temere q rōe non regunt. Quod quidē potest cōtingere dupliciter. Vno mō ex ipetu uoluntatis uel passionis. Alio mō ex contēptu regule dirigētis & hoc pprie iportat temeritas. vñ videt ex radice supbie puenire q refugit subesse regule aliene. Precipitatio aut se habet ad utruq. vñ temeritas sb pceptoe atinet. qzuis precipitatio magis respiciat pimum. Itē licet in cōsiliando atingat esse pctm no solu p hoc q aliqs nimis est festinus. s; etiā p hoc q aliqs est nimis tardus. Ideo i inquisitione cōsili multa picularia sunt cōsideranda. Et ideo pbs dicit in .vi. ethi. Oportet consiliari tarde. vñ precipitatio directius opponit rectitudini cōsili qz tarditas supflua q habet quandā similitudinez recti cōsili. **Ad** quartu scz utru incōsideratio sit speciale pctm sub iprudencia contentu. dicendu q incōsideratio iportat actū intellectus veritate rei intuetis. sic aut inqstio pmet ad ratōem. ita iudiciū pmet ad intellectū. Vñ & in speculatiuis demonstratiua scia dicit iudicatiua inquantuz p resolutionem in pma principia itelligibilia de veritate iquisitoz diiudicat. Et ideo cōsideratio maxime pmet ad iudiciū. Vñ & defectus recti iudicii ad viciū incōsideratiois pmet. put

scz aliquis in recte diiudicādo deficit. ex hoc q cōtemnit vel negligit attendere ea ex qbus rectū iudiciū pcedit. vñ manifestū est q iconsideratio est peccatum. Sciendū autē q mcon sideratio hic accipit no secundū q pmet ad intellectus speculatiuū. s; ad practicu intellectū. fm determinatā materiam. scz fm agibilia humana. in qbus plura sunt attendēda ad recte iudicandū qz i speculatiuis. qz operatioes sunt in singularibus. Item sciendū q qn dñs discipulis suis dixit Math. x. Dum steteritis ante reges et pñdes nolite cogitare quō aut qd loqmmi. Non eis phibet cōsiderare ea q sunt agenda uel dicenda. qn hō habet oportunitatē. sed dat fiducia discipulis in uerb iductis. ut deficiente sibi oportunitate. ul' ppter iperitiā. uel qz subito poccupat i solo diuio cōfidat cōsilio quia cū ignozamus aliqd agere debeam. hoc solū residui habeamus ut oculos nros dirigamus ad deū. sic dicit .ii. paral. xx. Alioquin si hō ptermittat facē quod potest solū diuinū auxiliū expectās videt tēptare deū. **Ad** quintū scz utru incōstantia sit pctm sub iprudencia contentu. dicendu q incōstantia iportat recessum quēdā in bono pposito diffinito. Hmoi aut recessus pncipiū quidē habet a vi appetitiua. Non em aliquis recedit a priorī pposito nisi ppter aliqd quod sibi inozdmate placet. sed iste recessus no cōsummat nisi p defectuz ratiois q fallit i hoc q repudiat id qd recte acceptauerat. & qz cum n possit resistere ipulsi passionū. si no resistat hoc e ex debilitate ipsi que no tenet se firmiter i bono cōcepto. Et id incōstantia quantū ad sui cōsummatōem pmet ad defectū ratiois practice. sicut aut omis rectitudo ratiois practice pmet aliqlit ad prudentiā. ita omnis defectus eius pmet ad iprudencia. Et ideo incōstantia fm sui cōsummatōem ad impudentiā pmet. & sic precipitatio est ex defectu circa actū sili. & incōsideratio circa actū iudicii. ita incōstantia circa actū pcepti. Ex h em dicit aliqs incōstans q ratio deficit precipitatio ea q sunt cōsiliata & iudicata. **Ad** sextū scz utru pdicta vitia oziant ex luxuria. dicendu q sic pbs dicit in .vi. ethi. Delectatio maxime corumpit existimatōem prudentie. & pcpue delectatō q est in ueneriis q totā aiam absorbet et trahit ad sensibile delectatōm. pfectio aut prudentie & cuiuslibet intellectu al' uirtutis cōsistit in abstractōe a sensibilibus. vñ cum pdicta vitia pmeant ad defectū prudentie & ratiois practice sic supra habitū e. sequit q ex luxuria maxime oziant. **De**inde cōsiderandū est de Negligētia. De hoc reqre infra libro tertio inter pres accidie.

DE VITIIS OPPOSITIS PRUDENTIE. DIS. XLVI.

Deinde cōsiderandū est de vitiis oppositis prudentie que habet aliqz similitudine cū ipsa. Et circa hoc cōsideranda sunt octo. Primo utru p prudentia carnis sit pctm. Secūdo utru sit pec-

catū mortale. Tertio utrū astutia sit peccatus speciale. Quarto de dolo. Quinto de fraude. Sexto de sollicitudine temporalium rerum. Septimo de sollicitudine futurorum. Octavo de origine horum vitiorum. **Ad** primū scz utrū prudentia carnis sit peccatum dicendum quod sicut supra dictum est prudentia est circa ea que sunt ad finem totius vite. Et ideo prudentia carnis proprie dicitur secundum quod aliquis bona carnis habet ut ultimum finem sue vite. Manifestum est autem quod hoc est peccatum. Per hoc enim homo deordinatur circa ultimum finem qui non consistit in bonis corporis sicut supra dictum est. & ideo prudentia carnis est peccatum. Et nota quod licet prudentia sit virtus nobilior quam iustitia uel temperantia uel alie virtutes morales utpote omnium regitrua tamen quia iustitia & temperantia in sui ratione impoztat id vnde virtus laudatur scz equalitatem & concupiscentiarum refrenationem. Et ideo nunquam accipiunt in malo. Sed nomen prudentie sumitur a prudendo sic supra dictum est quod potest etiam extendi ad mala. Et ideo licet prudentia simpliciter dicta in bono accipiat in aliquo tamen addito potest accipi in malo. & secundum hoc dicitur prudentia carnis esse peccatum. Item nota quod caro est propter animam sic materia propter formam & instrumentum propter principale agens. & ideo sic licite diligitur caro ut ordinatur ad bonum anime sicut ad finem. Si autem in ipso bono carnis constituitur ultimus finis erit mortuata & illicita dilectio. & hoc modo ad amorem carnis ordinatur prudentia carnis. Item nota quod dyabolus nos temptat non pro modo appetibilis sed per modum suggerentis. & ideo cum prudentia impoztat ordinem ad aliquem finem appetibilem non ita dicitur prudentia dyaboli sic prudentia respectu alicuius mali finis sub cuius ratione temptat nos mundus & caro inquantum scz proponunt nobis ad appetendum bona mundi uel carnis. & ideo dicitur prudentia carnis et prudentia mundi. secundum illud Luce. xvii. Filii huius seculi prudentiores sunt in generatione sua &c. Aplos autem totum comprehendit sub prudentia carnis quia etiam exteriores res mundi appetimus propter carnem potest tamen dici quod quia prudentia quodammodo dicitur sapientia ut supra dictum est ideo secundum tres temperationes potest intelligi tripliciter prudentia. Vbi dicitur iacobi. iii. Sapientia esse terrenam animalis & dyabolicam ut supra expozsitum est cum de sapientia ageretur. **Ad** secundum scz utrū prudentia carnis sit peccatum mortale dicendum quod sic supra dictum est prudentes dicitur aliquis dupliciter. Vno modo simpliciter scz in ordine ad finem totius vite. Alio modo secundum quod in ordine ad finem aliquem particularem puta sic dicitur aliquis prudentes in negotiacione uel in aliquo hominis. Si ergo prudentia carnis accipiat secundum absolutam prudentiam romanitam scz quod in cura carnis constituitur ultimus finis totius vite sic est peccatum mortale quia pro hoc homo avertitur a deo cum impossibile sit esse plures fines ultimos ut supra habitum est. Si uero prudentia carnis accipiat secundum rationem particularis prudentie sic prudentia carnis est peccatum ueniale. Contingit enim quandoque quod aliquis inordinate afficitur ad aliquod delectabile carnis absque hoc quod auertatur a deo pro

recompensationem haberi respectus ad electionem siue ad affectum dantis. quia hoc precipue requiritur ad uirtutem. ut dicitur i. viii. **Et** similiter quia gratia respicit beneficium sicut quod est gratis impensum. quod quidem pertinet ad affectum. Ideo etiam gratie recompensatio attendit magis affectum dantis quam effectum. Omnis enim actus moralis ex uoluntate dependet. Unde beneficium sicut quod est laudabile pro ut ei gratie recompensatio debetur materialiter quidem consistit in effectu. sed formaliter & principaliter in uoluntate. Unde Seneca dicit in i. de beneficiis. Beneficium non in eo quod fit aut datur consistit. sed in ipso dantis aut facientis animo. Animum autem hominis uel affectum pro se quidem solus deus uidet. sicut sicut quod per aliqua signa manifestat potest etiam ipsum homo cognoscere. Et hoc modo affectus beneficientis cognoscitur ex ipso modo quo beneficium tribuit. puta quia gaudent & prompte aliquis beneficium impendit. **Ad** sextum scilicet utrum oporteat aliquid plus exhibere quam recepit. Dicendum quod sicut dictum est. recompensatio gratie respicit beneficium sicut uoluntatem beneficientis. In qua quidem precipue hoc commendabile uidetur quod gratis beneficium contulit ad quod non tenebatur. & ideo qui beneficium accepit ad hoc obligatur ex debito honestatis ut similem gratis aliquid impendat. Non autem uidetur gratis aliquid impendere. nisi excedat quantitatem accepti beneficii. & quod diu recompensat minus uel equale non uidetur facere gratis. sed reddere quod accepit. Et ideo gratie recompensatio semper tenet ut pro suo posse aliquid maius retribuatur. Sicut enim in iustitia que est uirtus cardinalis attenditur equalitas rerum. ita in gratitudine attenditur equalitas uoluntatum. ut scilicet sicut ex promptitudine uoluntatis beneficium aliquid exhibuit ad quod non tenebatur. ita etiam ille qui suscepit beneficium aliquid supra debitum recompenset. Item in recompensatione beneficii magis est considerandus affectus beneficii quam effectus. Si ergo consideremus effectum beneficii quod filius a parentibus accepit. scilicet esse & uiuere. nihil equale filio recompensare potest. ut philosophus dicit. Si autem attendamus ad ipsam uoluntatem dantis & retribuents. sic potest filius aliquid maius patri retribuere. ut Seneca dicit in iiii. de beneficiis. Si tamen non potest. sufficit ad gratitudinem recompensandi uoluntas.

Deinde considerandum est de ingratitudine. Et primo utrum ingratitudo sit peccatum. Secundo utrum sit peccatum speciale. Tertio utrum sit peccatum mortale. Quarto utrum ingrato sint beneficia subtrahenda &c. Requirere infra libro tertio.

DE VINDICATIONE. DISTINCTIO. LXXV.

Deinde considerandum est de uindicatione. Et primo utrum uindicta sit licita. Secundo utrum sit specialis uirtus. Tertio de modo uindicandi. Quarto in quos sit uindicta exercenda. **Ad** primum scilicet utrum uindicta sit licita. Dicendum

quod uindicta fit per aliquod malum penale inflatum peccanti. In uindicatione ergo sumenda considerandum est aliud ex parte uindicantis. aliud ex parte peccantis. et aliud ex parte illate iniurie. Ex parte quidem uindictam inferentis considerandus est status & animus. Status quippe considerandus est. quia si sit persona singularis non habens publicam potestatem non est sibi licitum uindicare. sicut dicitur Mathe. xxvi. Omnes qui acceperint gladium. gladio peribunt. talis enim usurpat sibi quod dei est. sicut habet Deum. xxxii. Mea est ultio & ego retribuam eis. &c. Alia littera est. mibi uindictam. & ego retribuam. Si uero potestatem habens sicut gradum sui ordinis & sue limites potestatis uindictam exercet in malos. non usurpat sibi quod dei est sed utitur potestate sibi diuinitus concessa. Dicitur. ii. Ro. xiii. de principe terreno. quod dei minister est uindex in iram ei qui male agit. Si autem propter ordinem diuine institutionis aliquis uindictam exercent. usurpat sibi quod dei est. & ideo peccat. Considerandus etiam est animus uindicantis. si enim eius intentio ferat principaliter in malum illius de quo uindicta sumitur et ibi quiescit non est omnino licitum. quia delectari in malo alterius pertinet ad odium quod caritati repugnat qua omnes homines debemus diligere. nec aliquis excusatur si malum intendat illius qui sibi iniuste intulit malum. sicut non excusatur aliquis per hoc quod odit se odientes. Non enim debet homo in alium peccare propter hoc quod ille peccauit prius in ipsum. hoc enim est uinci a malo. Quod apostolus prohibet Ro. xii. dicens. Non uinci a malo. sed uince in bono malum. Si uero intentio uindicantis feratur principaliter ad aliquod bonum ad quod peruenit per penam peccatis. puta ad emendationem peccantis. ut saltem ad cohibitionem eius & quietem aliorum. et ad iustitie conseruationem & dei honorem. potest esse uindicta licita. alius circumstantiis debitis seruatis. Ex parte peccantis similiter considerandum est utrum sit persona singularis uel multitudo populi. in primo casu est uindicta exercenda. Si uero sit peccatum multitudinis. aut multitudo tota peccat. aut magna pars multitudinis. In primo casu est de ea sumenda uindicta. **U**l quantum ad totam multitudinem. sicut egyptii submersi sunt in mari rubro persequentes filios israel. ut habetur Exo. xiiii. Et sicut sodomites perierunt. Vel quantum ad magnam multitudinis partem. sicut patet Exo. xii. In pena eorum qui uiculus adozauerunt. Quod si sperat multorum correctio debet seueritas uindictae exerceri in aliquos paucos principaliores. quibus puniatis ceteri terreantur. Sicut dominus Num. xxxv. mandauit suspendi principes populi pro peccato multitudinis. Si autem non tota multitudo peccauit sed pro parte. tunc si possunt mali secerni a bonis. debet in eos uindicta exerceri. si tamen fieri possit sine scandalo aliorum. alioquin parcendum est multitudini. & detrahendum seueritatem. Et eadem ratio est de principe quem sequitur multitudo.

Tolerandum enī est p̄ctm̄ eius si sine scandalo multitudinis puniri nō potest. nisi forte esset tale p̄ctm̄ principis qd̄ magis noceret multitudini uel sp̄ualiter uel tempozaliter. q̄z scandaluz qd̄ ex inde timere. Ex pte uero iniurie considerandū est. qz si inferatur iniuria in personā iudicis. debet eam patienter sustinere. Sic dicit Criso. sup. Math. Discam⁹ exēplo xp̄i nostras iniurias sustinere. dei autē iniurias necul qz ad audituz sufferre. Item in p̄pziis iniuriis esse quēpiam patientez laudabile est. Iniurias autē dei dissimulare nimis ē impiū. Vñ si iniuria illata p̄sone iudicis uel alterius redūdat in deuz & ecclesiā. tunc debet aliqs p̄pziā iniuriam ulcisci. Sicut patet de Helya q̄ fecit ignez descendere sup. eos qui uenerant ad ip̄m capiēdū. ut legiē. iiii. Re. i. Et similiter helyseus maledixit pueris ip̄m irridentibus. ut habet. iiii. Re. iii. Et siluester papa excōmunicauit eos q̄ eum in exiliū miserunt. ut habet. xxiii. q. iiii. Inquantū uero iniuria ī aliquē illata ad eius p̄sonaz p̄tinet. debet eā tolerare patienter si expediat. Hmōi enī p̄cepta patientie intelligēda sunt h̄m p̄pationē animi ut Aug⁹. dicit in li. de sermone dñi ī monte. Ad scōm sc̄z uerū uindictio sit uirtus specialis. Dicenduz qz sic p̄bus dicit ī. ii. Et h̄. Apretudo ad uirtutez iest nobis a natura. licz complementū uirtutis sit p̄ assuetudinē uel p̄ aliquā aliā causam. Vnde patet qz uirtutes p̄ficiunt nos ad p̄sequenduz debito modo inclinationes naturales q̄ pertinent ad ius naturale. Et ideo ad quālibet inclinatōne naturalē determinatā ordinatē aliq̄ specialis uirtus. Est autē quedā specialis inclinatō nature ad remouendū nocumētū. Vñ & aialibus dat̄ uis irascibilis. sepatim a uis cōcupiscibilis. Repellit autē homo aliq̄d nocumētū p̄ hoc qz se defendit cōtē iniurias ne ei inferant. ul iam illatas iniurias ulciscit nō intentione nocendi s̄ intentione remouēdi nocumēta. Hoc autē pertinet ad uindicationē. Dicit enī Tullius in sua rhetozica qz uindictio est p̄ quā uis aut iniuria & oīno q̄cqd̄ obscurū est id est ignominiosum defendendo aut ulciscendo p̄zopulsatur. vñ uindictio ē specialis uirtus. Scien dū autē qz sicut recompensatio debiti legalis p̄tinet ad iustitiā cōmutatiuā. recompensatio autē debiti moralis quod nascit̄ ex p̄ticulari beneficio exhibito p̄tinet ad uirtutē gratie. ita etiaz punitio p̄ctōz h̄m qz p̄tinet ad publicam iustitiā est actus cōmutatiue iustitie. h̄m autē qz p̄tinet ad imunitatē alicui⁹ persone singularis a quo iniuria p̄pulsatur p̄tinet ad uirtutē uindicationis. Virtuti autē uindicationis opponunt̄ duo uitia. Vñ quidē p̄ excessum sc̄z p̄ctm̄ crudelitatis uel seuitie. q̄ excedit mensuram in puniēdo. Aliud autē est uitium quod consistit in defectu. sicut cū aliquis nimis remissus est in puniēdo. Vnde dicit̄ p̄. xiii. Qui parit̄ virge odit̄ filiū suum. Virtus autē uindicationis consistit ut homo h̄m om̄es circumstantias debitā mensurā in uindictādo cō-

seruet. Ad tertiū sc̄z de modo uindictādi. Dicendū qz uindictio in tm̄ licita est & uirtuosa. inquantū tendit ad cobibitōne maloz. Cobibentur autē aliqui a peccando qui affectu uirtutis non habent p̄ hoc qz timent amittere aliqua q̄ plus amant qz illa que peccādo adipsi scuntur. alias timoz non cōpesceret p̄ctm̄. Et ideo p̄ subtractionē oīm que homo maxie diligit est uindicta de p̄ctis sumenda. Hec autē sunt q̄ homo maxime diligit. vitā. incolumitatem corpozis. libertatē sui. Etiam bona exteriora. puta diuitias. patriā. & gloriā. Et ideo ut Aug⁹. refert. xxi. de ci. dei. Octo ḡna penaz ī legibus esse describit Tulli⁹. sc̄z mortē p̄ quā tollit̄ uita. uerba & talionē ut sc̄z oculum p̄ oculo perdat p̄ que amittit corpozis incolumitatem. seruitutē & uincula p̄ que perdit libertatem. exilium p̄ qd̄ p̄dit patriā. damnū p̄ qd̄ p̄dit diuitias. ignominia p̄ quā perdit gloriā. Ad quartū sc̄z uerū uindicta sit exercenda in eos q̄ non peccauerūt. Dicendū qz pena dupliciter potest considerari. Vno mō h̄m rationē pene. & h̄m hoc pena non debet nisi p̄ctō. qz p̄ penā repaē equalitas iustitie inquantū ille qui peccando nimis secutus est suā uoluntatem. aliqd̄ cōtē suā uoluntatē patit̄. Vñ cum om̄e p̄ctm̄ sit uoluntariū etiā originale ut sup̄ habitū est. consequēs est qz nullus puniē hoc mō nisi p̄ eo qd̄ uoluntarie factū est. Alio modo potest considerari pena inquantuz est medicina. non solū sanatiua p̄cti p̄teriti. s̄ etiā p̄ seruatiua a p̄ctō futuro. & p̄motiua in aliq̄d bonū. Et h̄m hoc aliquis interdū puniē sine culpa. non tñ sine causa. Scienduz tñ qz nūqz medicina subtrahit maius bonū ut p̄moueat minus. sicut medicina carnalis nūqz cecat oculum ut sanet calcaneuz. Qñqz tñ infert nocumētū ī minoribus ut melioribus auxiliū prestat. Et qz bona sp̄ualia sūt maxima bona. bona autē tpalia sūt mīma. ideo qñqz puniē aliq̄d in tpalib⁹ bonis absqz culpa. cuiusmōi sūt plures pene p̄sentis uite diuinitus inflicte ad humilitatiōne uel p̄bationē. Nō autē puniē aliqs in sp̄ualibus bonis sine p̄pria culpa neqz in p̄senti neqz in futuro. qz ibi pene non sunt medicine. s̄ cōsequunt̄ sp̄ualē damnationē. Pena inquantū sp̄uali nūqz vnus homo puniē p̄ p̄ctō alterius. qz pena sp̄ualis p̄tinet ad anīam h̄m quā q̄libet est liber sui. Pena autē tpali qñqz vnus puniē p̄ p̄ctō alterius triplici ratione. Primo quidē. qz unus homo tempaliter est res alterius. & ita ī penā eius & ip̄e punitur. sicut filii sunt h̄m corpus q̄dam res patris. & hui q̄dam res dñoz. Alio mō inquantū p̄ctm̄ vnus deriuatur in alterū uel per imitationē. sicut filii imitant̄ p̄ctā parentū & hui p̄ctā dñozum ut audatius peccēt. uel p̄ modū meriti sicut p̄ctā subditoz merēt̄ p̄ctōzem p̄latum. h̄m illud. Job. xxxiii. Qui regnare facit homiē ypocritam p̄pter p̄ctā populi. Vnde & p̄ p̄ctō Dauid populū nūantis populus israhel punitus est. ut h̄t. ii. Re. vlti.

Sive etiam p aliquale consensum seu dissimulacione. sicut etiam interdum boni simul puniuntur temporaliter cum malis. quia eorum peccata non redarguerunt. ut Aug⁹ dicit in primo de ci. dei. Tercio ad commendandum unitatem humane societatis ex qua unus debet p alio sollicitus esse ne peccet. & ad detestationem peccati dum pena unus reducat in omnes quasi omnes essent unum corpus. ut Aug⁹ dicit in peccato achor. Quod autem dominus dicit visitans peccata parentum in filios usque ad tertiam uel quartam generationem. magis uideatur ad misericordiam quam ad seueritatem pertinere. dum statim uindictam non adhibet sed expectat in posterum. ut saltem uel posterius corrigantur. & crescentes malitia posterius necesse est ultionem inferri. **Item** nota quod sicut Aug⁹ dicit. iudicium humanum debet imitari iudicium diuinum in manifestis dei iudiciis quibus homines specialiter damnantur p proprio peccato. Occulta uero dei iudicia quibus temporaliter aliquos puniunt. absque culpa non potest humanum iudicium imitari. quia homo non potest comprehendere horum iudiciorum rationes ut sciat quod expediat unicuique. Et ideo nunquam secundum humanum iudicium aliquis debet puniri sine culpa pena flagelli ut occidatur. uel ut mutiletur uel uerberetur. Pena autem damni puniuntur aliquis etiam secundum humanum iudicium etiam sine culpa. sed non sine causa. Et hoc tripliciter. Vno modo ex hoc quod aliquis infamis uel ineptus reditur sine sua culpa ad aliquod bonum habendum uel consequendum. sicut propter uicium lepre aliquis remouetur ab administratione ecclesie. & propter bigamiam uel iudicium sanguinis aliquis impeditur a sacris ordinibus. Secundo quia bonum in quo damnificatur non est proprium bonum sed commune. sicut quod aliqua ecclesia habeat episcopatum pertinet ad bonum totius ciuitatis. non autem ad bonum clericorum tantum. Tercio quia bonum unus dependet ex bono alterius. sicut in crimine lesa maiestatis filius amittit hereditatem pro peccato parentis.

DE VERITATE. LXXVI.

DISTINCTIO. **LXXVI.**
 Emde considerandum est de veritate & uicis oppositis. De veritate autem quatuor consideranda sunt. Primo utrum ueritas sit uirtus. Secundo utrum sit uirtus specialis. Tercio utrum sit pars iusticie. Quarto utrum declinet in minus.
Ad primum scilicet utrum ueritas sit uirtus. Dicendum quod ueritas dupliciter accipi potest. Vno modo secundum quod secundum ueritatem aliquid dicitur uerum & sic ueritas non est uirtus. sed obiectum uel finis uirtutis. Sic enim accepta ueritas non est habitus quod est genus uirtutis sed equalitas quodam intellectus uel signi ad rem intellectam & signatam. uel etiam rei ad suam regulam. Alio modo potest dici ueritas qua aliquis uerum dicit secundum quod per eam aliquis dicit uerax. & talis ueritas siue ueracitas necesse est quod sit uirtus. quia hoc ipsum quod est dicere uerum est bonus actus. Virtus autem est quod facit bonum habentem. et opus eius bonum reddit. Non est autem ueritas uirtus theologica. quia

non habet deum pro obiecto. sed res temporales. Dicit enim Tullius quod ueritas est per quam imutata ea que sunt aut fuerunt aut futura sunt dicuntur. Sed est uirtus moralis consistens in medio inter superfluum & diminutum dupliciter. Vno quidem modo ex parte obiecti. Alio autem modo ex parte actus. Ex parte quidem obiecti. quia uerum secundum suam rationem importat quandam equalitatem. Equale autem est medium inter magis & minus. Unde ex hoc ipso quod aliquis uerum dicit de se ipso mediuz tenet inter eum qui maiora dicit de se ipso & inter eum qui minora. Ex parte autem actus medium tenet inquantum uerum dicit quod oportet. & secundum quod oportet. Superfluum autem conuenit illi qui importune ea que scit manifestat. defectus autem conuenit illi qui occultat quando manifestare oportet. **Ad** secundum scilicet utrum ueritas sit uirtus specialis. Dicendum quod ad rationem uirtutis humanae pertinet quod opus hominis bonum reddat. Unde ubi in actu hominis inuenitur specialis ratio ueritatis uel bonitatis. necesse est quod ad hoc disponatur homo per speciale uirtute. Cum autem bonum secundum Aug⁹ libro de natura boni consistat in ordine necesse est speciale rationem boni considerari ex determinato ordine. Est autem specialis quidem ordo secundum quod exteriora nostra uel uerba uel facta debite ordinantur ad aliquid. sicut signum ad signatum. & ad hoc perficitur homo per uirtute ueritatis. Unde manifestus est quod ueritas est specialis uirtus. Licet autem uerum & bonum conuertantur secundum philosophum. tamen bonitas non ponitur esse uirtus specialis sicut ueritas. quia omnis uirtus bonitas est. sed ueritas est uirtus specialis ratione iam dicta. Ad cuius euidentiam sciendum est. quod uerum & bonum subiecto quidem conuertuntur. quia omne uerum est bonum. et omne bonum est uerum. sed secundum rationem inuicem se excedunt. sicut intellectus & uoluntas inuicem se includunt. Nam intellectus intelligit uoluntates & intellecta alia. & uoluntas appetit ea que pertinent ad intellectum & multa alia. Unde uerum secundum rationem propriam quod est perfectio intellectus est quoddam particulare bonum inquantum est quoddam appetibile. Et sicut bonum secundum propriam rationem per ut est finis appetitus est quoddam uerum inquantum est quoddam intelligibile. Quia ergo ueritas includit rationem bonitatis potest esse quod ueritas sit specialis uirtus. sicut uerum est speciale bonum. non autem potest esse quod bonitas sit specialis uirtus. cum magis secundum rationem sit genus uirtutis. **Ad** tertium scilicet utrum ueritas sit pars iusticie. Dicendum quod sicut supradictum est. ex hoc quod aliqua uirtus iusticie annectitur sicut scolaria principali quod partem quidem cum iusticia conuenit. prim autem deficit ab eius perfecta ratione. Virtus autem ueritatis conuenit quidem cum iusticia in duobus. Vno quidem modo in hoc quod est ad alterum. Manifestatur enim quod diximus esse actum ueritatis est ad alterum. inquantum scilicet ea que circa ipsum sunt unus homo alteri manifestat. Alio modo inquantum iusticia equalitatem quandam in rebus constituit. in hoc facit uirtus ueritatis. adequat enim signa

rebus existentibus circa ipm. deficit aut a pro-
pria ratione iustitie quantum ad rationem debiti. Non
enim hec virtus attendit debitum legale quod atten-
dit iustitia. sed potius debitum morale. in quantum
scilicet ex honestate unus homo alteri debet veritatis
manifestationem. Vnde veritas est pars iustitie in-
quantum annectit ei sic virtus secundaria princi-
pali. Ex hoc enim quod homo est animal sociale naturali-
ter homo debet alteri id sine quo societas hu-
mana conservari non possit. unde aut possent homines
ad invicem convivere nisi sibi invicem crederent tanquam
sibi invicem veritatem manifestantibus. et ideo utus
veritatis aliquo modo attendit rationem debiti.

Sciendum autem quod cum sit triplex veritas secundum Ie-
ronimum scilicet veritas vite. iustitie. et veritas do-
ctrine. Veritas de qua nunc loquimur differt a
veritate vite. quia veritas vite continet in se om-
nem virtutem. Veritas autem iustitie dicitur dupli-
citer. Vno modo secundum quod ipsa iustitia est rectitudo
quedam regulata secundum regulam divine legis. et se-
cundum hoc differt veritas iustitie a veritate vite.
quod veritas vite est secundum quam aliquis recte vivit
in seipso. Veritas autem iustitie est secundum quam
aliquis rectitudinem legis in iudiciis que sunt ad al-
terum servat. et secundum hoc veritas iustitie non pri-
net ad veritatem de qua nunc loquimur sic nec ve-
ritas vite. Alio modo potest intelligi veritas iusti-
tie. secundum quod aliquis ex iustitia veritatem mani-
festat. Puta cum aliquis in iudicio verum confitetur
aut verum testimonium dicit. et hec veritas est qui-
dam particularis actus iustitie. et non pertinet di-
recte ad veritatem de qua nunc loquimur. quia scilicet in
hac manifestatione veritatis principaliter homo inten-
dit ius suum alteri reddere. unde philosophus in .iiii. ethi-
de hac veritate determinans dicit. Non de iudi-
cio in confessionibus dicimus. neque quecumque ad
iustitiam vel iniustitiam extendunt. Veritas autem do-
ctrine consistit in quadam manifestatione verborum
de quibus est scientia. Vnde nec ista veritas directe
pertinet ad hanc virtutem vel veritatem. sed solum ve-
ritas que aliquis in vita et sermone talis se demon-
strat qualis est. et non alia que circa seipsum sunt
nec maiora nec minora. veritatem quia verba
nobiliora in quantum sunt a nobis cognita circa
nos sunt et ad nos pertinent. et secundum hoc veritas
doctrine potest ad hanc virtutem pertinere. et que-
cumque alia veritas qua quis manifestat verbo vel
facto quod cognoscit.

Ad quartum scilicet utrum ve-
ritatis virtus declinet in minus. Dicendum quod de-
clinare in minus a veritate contingit dupliciter.
Vno modo affirmando. puta cum aliquis non mani-
festat totum bonum quod in ipso est. puta scientiam
vel sanctitatem vel aliquid bonum. quod sit sine pre-
iudicio veritatis. quia in maiori est et minus. et
secundum hoc hec virtus declinat in minus. Hoc enim ut
philosophus dicit in .iiii. ethi. videtur esse prudencius. propter
onerosas superabundantias esse. homines enim que ma-
iora de seipsum dicunt que sunt aliis onerosi
quasi excellere alios volentes. homines autem qui mi-
nora de seipsum dicunt gratiosi sunt quasi aliis con-
descendentes per quandam moderatorem. Vnde apostolus
dicit. .ii. cor. .xii. Si volueris gloriari non ero isti

pius veritatem enim dicam. parco autem ne quis me
existimet super id quod videt in me. aut audit aliquid
quid ex me. Alio modo potest aliquis declinare in
minus negando. ut scilicet neget sibi esse quod inest
et sic non pertinet ad hanc veritatem declinare in
minus. quia per hoc iurreret falsum. et tamen hoc
ipsum esset minus repugnans veritati. non quidem
secundum rationem propriam veritatis sed secundum rationem pru-
dentie quam oportet salvari in omnibus virtutibus
magis enim repugnat prudentie. quod periculosius est
et inhonestius aliis quam aliquis existimet vel iactet
se habere quod non habet. que non existimet vel
dicat se non habere quod habet.

Deinde considerandum est de vitiis oppositis
Et primo de mendacio. Secundo de simu-
latione sive ypocrisi. Tertio de iactantia et op-
posito vitio. Circa mendacium considerandum est.
primo utrum mendacium semper opponatur veritati
quasi scilicet continens falsitatem. Secundo de speciebus
mendacii. Tertio utrum mendacium sit peccatum
Quarto utrum sit peccatum mortale. De hoc require
infra tertio libro. De simulatione sive ypocrisi
similiter require infra tertio libro.

DE IACTANTIA. DIS. LXXVII.

Deinde considerandum est de iactantia
& yronia que sunt partes mendacii se-
cundum philosophum in .iiii. ethi. De iactantia
autem considerandum est. Primo cui virtuti
opponatur. Secundo utrum sit peccatum mortale.

Ad primum dicendum quod iactantia proprie ipso-
rare videtur quod homo verbis se extollat. illa enim que
homo vult longe iactare in altum eleuat. Tunc autem
proprie aliquis se extollit quando de se aliquid supra se
dicit. Quod quidem contingit dupliciter. Vno modo
quando aliquis loquitur de se non quidem supra id quod in
se est. sed supra id quod de eo omnes opinantur. Quod
apostolus refugiens dicit. .ii. cor. .xii. Parco autem nec
quis existimet me super id quod videt in me aut
audit aliquid ex me. Alio modo aliquis per verba se
extollit loquens de se super id quod in se est secundum
rei veritatem. et quod magis est aliquid iudicandum se-
cundum id quod in se est quam secundum quod est in
opinionem aliorum. Inde est quod magis proprie dicitur
iactantia quando aliquis effert se supra id quod in se
ipso est quam quando effert se super id quod est in opi-
nionem aliorum. quavis utroque modo iactantia dici
possit. Et ideo iactantia proprie dicta opponitur ve-
ritati per modum excessus. Sciendum tamen quod peccatum ia-
ctantie potest considerari dupliciter. Vno modo secun-
dum speciem actus. et sic opponitur veritati per
modum excessus. ut dictum est. Alio modo secundum cau-
sam suam ex qua et si non semper tamen frequenter ac-
cidit. et sic procedit quidem ex superbia. sic ex causa
interius motiva et impellente. Ex hoc enim quod ali-
quis interius per arrogantiam super seipsum eleuat.
sequitur plerumque quod exterius maiora quedam de se
iactet. licet quandoque non ex arrogantia. sed ex quadam
vanitate aliquis ad iactantiam procedat et in hoc
delectetur. quia talis est secundum habitum. Et ideo arro-
gantia per quam aliquis super seipsum extollit. est su-
perbie species. non tamen est idem iactantie. sed ut fre-
quentius eius causa. Et propter hoc Gregorius ponit

iactantia inter superbie species. Tendit autem iactator plerumque ad hoc quod gloriam consequatur per suam iactantiam. Et ideo secundum Gregorium. Ex inani gloria oritur secundum rationem finis.

Quod ad secundum scilicet utrum iactantia sit peccatum mortale. Dicendum quod sicut super dictum est. peccatum mortale est quod caritati contrariatur. Dupliciter ergo iactantia considerari potest. Vno modo secundum se prout est mendacium quoddam. & sic quandoque est peccatum mortale. quandoque veniale. Mortale quidem quando quis iactat de se profert quod est contra gloriam dei. sicut ex persona regis Thyri dicitur. ezechiel. xxviii. Eleuatum est cor tuum & dixisti deus ego sum. Vel etiam contra caritatem proximi. sicut cum aliquis iactando seipsum prouert in contemptum aliorum. sicut habet. Luc. xviii. de phariseo qui dicebat. non sum sicut ceteri hominum raptores. iniusti. adulteri. velut etiam hic publicanus. Quandoque vero est peccatum veniale. quando scilicet aliquis de se talia iactat que neque sunt contra deum neque contra proximum. Alio modo potest considerari secundum causam suam scilicet superbiam vel appetitum lucris aut inanis glorie. & sic si procedat ex superbia uel inani gloria que sit peccatum mortale. etiam ipsa iactantia erit peccatum mortale. Alioquin erit peccatum veniale. Sed quandoque aliquis prouert in iactantiam propter appetitum lucris. & hoc modo videtur pertinere ad proximi deceptionem uel dampnum. Et ideo talis iactantia est maius peccatum mortale. Unde & philosophus dicit in. iiii. ethicorum. quod turpius est qui se iactat causa lucris. quam qui se iactat causa glorie uel honoris. non tamen semper est peccatum mortale. quia potest esse tale lucrum ex quo alius non dampnificatur.

DE YRONIA.

Deinde considerandum est de yronia. Et primum verum yronia sit peccatum. Secundo verum sit maius peccatum quam iactantia. **Q**uod ad primum scilicet verum yronia sit peccatum. Dicendum quod ad hoc quod aliqui minorum de se dicant potest contingere dupliciter. Vno modo salua veritate. dum scilicet maiorum que sunt in seipsis reticent. quedam vero minorum detegunt. & de se profert que tamen in se esse recognoscunt. Et sic minorum de se dicere non pertinet ad yroniam. nec est peccatum secundum suum genus nisi per aliquis circumstantie corruptionem. Alio modo aliquis dicit minorum a veritate declinans. puta cum asserit de se aliquid uile quod in se non recognoscit. aut cum negat de se aliquid magnum quod tamen percipit in seipso esse. & sic pertinet ad yroniam. & est semper peccatum. **Q**uod ad secundum scilicet de comparatione yronie ad iactantiam. Dicendum quod unum mendacium est grauius altero. quandoque quidem ex materia. sic mendacium quod fit in doctrina religionis est grauius quam quicquid autem ex motiuo ad peccandum. sic mendacium perniciiosum est grauius quam officiosum uel iocosum. yronia autem & iactantia circa idem metiuntur uel uerbis uel factis uel quibuslibet

exterioribus signis scilicet circa conditionem persone. Vnde quantum ad hoc equalia sunt. Sed ut plerumque iactantia ex turpiori motiuo procedit scilicet ex appetitu lucris uel honoris. Yronia uero ex hoc quod fugit. In mortali per elationem videtur aliis grauis esse. & secundum hoc philosophus dicit quod iactantia est grauius peccatum quam yronia. Contingit tamen quandoque quod aliquis minorum de se fingit ex aliquo alio motiuo. puta ad dolose decipiendum. & tunc yronia est grauior. **Q**uod de hac plura Require infra inter gradus superbie libro Tertio.

DE AFFABILITATE.

Deinde considerandum est de amicitia que affabilitas dicitur. & de uitiis oppositis que sunt adulario & litigium. Circa amicitiam seu affabilitatem primo considerandum est utrum sit specialis uirtus. Secundo utrum sit pars iustitie. **Q**uod ad primum scilicet utrum amicitia sit specialis uirtus. Dicendum quod sicut dictum est. cum uirtus ordinatur ad bonum ubi occurrit specialis ratio boni ubi oportet esse speciale rationem uirtutis. bonum autem in ordine consistit sicut super dictum est. Oportet autem hominem conuenienter ad alios ordinari in communi conuersatione tam in factis quam in dictis ut scilicet ad unumquemque se habeat secundum quod decet. Et ideo oportet esse specialem quandam uirtutem que hanc conuenientiam ordinis obseruet. & hec uocatur amicitia seu affabilitas. Sciendum autem quod philosophus in. viii. ethicorum. de duplici amicitia loquitur. quarum una consistit principaliter in affectu quo unus alium diligit. & hec potest consequi quicquid uirtutem. Que autem ad hanc amicitiam pertinent sunt prout de caritate dicta sunt. Aliam uero amicitiam ponit que consistit in solis exterioribus uerbis uel factis. que quidem non habet perfectam rationem amicitie. sed quandam eius similitudinem. in quantum scilicet quis decet se habere ad illos cum quibus conuersatur. **Q**uod ad secundum scilicet utrum amicitia sit pars iustitie. dicendum quod hec uirtus est pars iustitie. in quantum ei adiungitur sicut principia uirtutis. Conuenienter enim cum iustitia in hoc quod ad alterum est. sicut etiam iustitia. Deficit autem a ratione iustitie. quia non habet plenam debiti rationem prout aliquis alteri obligatur. uel debito legali ad cuius solutionem lex cogit. uel etiam aliquo debito proueniente ex aliquo beneficio suscepto. sed solum attendit quoddam debitum honestatis quod magis est ex parte ipsius uirtuosi quam ex parte alterius. ut scilicet faciat alteri quod decet eum facere. quia sibi homo est naturaliter animal sociale debet ex quadam honestate ueritatis manifestationem aliis hominibus. sine qua societas hominum durare non posset. Sic autem non posset uiuere homo in societate sine ueritate. ita nec sine dilectione. quia sic philosophus dicit in. viii. ethicorum. Nihil potest perfecte morari cum tristi neque cum non delectabili. & ideo homo tenetur ex quodam debito honestatis naturalis ut ipse aliis delectabili conuiuat. nisi propter aliquam causam necesse sit alios uelut aliqui contristare.

Deinde considerandum est de uitiis oppositis. Et primo de adulatione. Secundo de litigio. De adulatione uidentur esse primo utrum sit

peccatum. Secundo verum sit peccatum mortale.

De his omnibus Require infra li. tertio.

Dem de considerandum est de litigio. Et primo verum opponatur veritati a iustitia. Secundo de comparatione eius ad adulationem. De his omnibus. Re. infra libro tertio.

DE LIBERALITATE. DI. LXXVIII.

Dem de considerandum est de liberalitate et vitiis oppositis. scilicet avaritia et prodigalitate. Circa liberalitatem considerandum est primo. verum sit virtus

Secundo de materia eius. Tertio de actu ipsius. Quarto verum ad eam magis dare quam accipere pertineat. Quinto verum liberalitas sit pars iusticie. Sexto de comparatione eius ad alias virtutes.

Ad primum. scilicet verum liberalitas sit virtus. Dicendum quod sicut augustinus dicit in libro de libero arbitrio. Bene uti his quibus male uti possumus. pertinet ad virtutem. Possumus autem bene et male uti non solum his que intra nos sunt. sed potentiis et passionibus anime. scilicet etiam his que extra nos sunt. scilicet rebus homini mundi concessis nobis ad sustentationem vite. Et ideo cum bene uti his rebus pertinet ad liberalitatem. consequens est quod liberalitas sit virtus. Sic enim dicit Ambrosius et Basilus

supra abundantiam diuitiarum dant aliquibus a deo ut meritum bone dispensationis acquirant. pauca autem vni sufficiunt. Et ideo liberalis plura laudabiliter in alios expendit quam in seipsum. Debet autem homo semper sibi ipsi magis providere in spiritualibus bonis in quibus unusquisque sibi precipue subuenire potest et tamen etiam in temporalibus rebus non pertinet ad liberalem ut sic aliis intendat quod omnino se et suos despiciat. Vnde Ambrosius dicit in primo de officiis

Est illa pbanda liberalitas ut proximis seminibus tui non despicias si egere cognoscas. Ad liberalem etiam non pertinet sic diuitias emittere. ut non sibi remaneat unde sustentetur. Vnde virtutis opera exequatur quibus ad felicitatem pervenit. vnde philosophus dicit in iii. ethicorum. quod liberalis curat propria volens pro hoc quibusdam sufficere. Et Ambrosius dicit in libro de officiis. quod dominus non vult simul effundi opes sed dispensari. Nisi forte ut Helyseus qui boues suos occidit et pavit pauperes ex eo quod habuit ut nulla cura teneretur domestica. quod pertinet ad statum perfectionis spiritualis vite. de quo infra dicitur. Et tamen sciendum est quod hoc ipsum quod est sua liberaliter largiri in quantum est actus virtutis ad beatitudinem ordinatur. Item sciendum quod sicut philosophus dicit in iii. ethicorum. illi qui consumunt multa propter peritiam non sunt liberales sed prodigi. et sicut quicumque effundit que habet propter quocumque alia peccata

Vnde Ambrosius dicit in primo de officiis. Si adiuves cum qui possessiones aliorum eripe conatur non probatur largitas. Nec illa perfecta est liberalitas si iactantie causa magis quam misericordie largiaris. Et ideo illi que carere aliis virtutibus licet in aliqua opera multa expendant non sunt liberales. Nihil etiam prohibet aliquos multa in bono usus expendentes. habitum liberalitatis non habere. sicut et aliarum virtutum opera faciunt homines antequam virtutis habitum habeant. licet non eo modo quo

virtuosi ut supra dictum est. Sicut etiam nihil prohibet aliquos virtuosos licet sint pauperes esse liberales. Vnde philosophus dicit in iii. ethicorum. secundum substantiam id est facultatem diuitiarum liberalitas non dicitur. non enim consistit in multitudine dationum. sed in dantis habitu. Et Ambrosius dicit in primo de officiis. quod affectus diuitie collationem aut pauperem facit. et precium rebus imponit. Ad secundum scilicet de materia liberalitatis. Dicendum quod secundum philosophum in iii. ethicorum. Liberalis non est acceptivus pecunie. nec custoditivus. sed emissivus. Vnde et alio nomine liberalitas largitas nominatur. quia quod largum est non est retentivum. sed est emissivum. Et ad hoc idem pertinere videtur etiam liberalitatis nomen. Cum enim aliquis a se emittit quodammodo illud a sua custodia et domino liberat. et animam suam ab eius affectu liberum esse ostendit

Ea vero que emittenda sunt ab uno homine in alium sunt bona possessa. que nomine pecunie significantur. Et ideo propria materia liberalitatis est pecunia. Quia tamen sic dictum est liberalitas non attendit in quantitate dati. sed in affectu dantis. affectus autem dantis disponit secundum passionem amoris et concupiscentie. Et per consequens delectationis et iusticie ad ea que dantur. ideo immediata materia liberalitatis sunt interiores passionis. scilicet pecunia exterior est obiectum ipsarum passionum.

Ad tertium scilicet de actu liberalitatis. scilicet verum uti pecunia sit actus eius. Dicendum quod species actus. sumitur ex obiecto ut supra habitum est. Obiectum autem siue materia liberalitatis est pecunia. et quicquid pecunia mensurari potest ut dictum est. Et quia quilibet virtus convenienter se habet ad suum obiectum. consequens est ut cum liberalitas sit virtus actus eius sit proportionatus pecunie. pecunia autem cadit sub ratione bonorum utilium. quia omnia exteriora bona ad usum hominis sunt ordinata. Et ideo actus proprius liberalitatis est pecunia vel diuitiis uti. Sciendum ergo quod ad liberalitatem pertinet bene uti diuitiis in quantum homini. eo quod diuitie sunt propria materia liberalitatis. Ad iustitiam autem pertinet uti diuitiis secundum aliam rationem. scilicet secundum rationem debiti. puta scilicet res exterior debet alteri. Ad magnificentiam autem pertinet uti diuitiis secundum quandam spiritalem rationem. id est secundum quod assumentur in alicuius magnitudinis expletionem. vnde et magnificentia quodammodo se habet ex additione ad liberalitatem. ut infra dicitur. Item sic dictum est propriam materiam liberalitatis sunt interiores passionis secundum quas homo afficitur circa pecuniam. Et ideo ad liberalitatem precipue pertinet ut homo proprie ordinata affectus ad pecuniam non prohibeat a quocumque debito usu eius. Est autem duplex usus pecunie. Vnus ad seipsum qui videtur ad sumptus vel expensas pertinet. Alius autem quo quis utitur ad alios. quod pertinet ad dationes.

Et ideo ad liberalitatem pertinet. ut neque propter immoderatam amorem pecunie aliquis impediat a convenientibus expensis. neque a convenientibus dationibus. Vnde circa dationes et sumptus liberalitas consistit secundum philosophum in iii. ethicorum. Verbum autem Seneca in v. de beneficiis intelligendum est de liberalitate secundum quod se habet ad dationes. Non enim dicitur aliquis liberalis ex hoc quod sibi aliquid donat. Ad quartum scilicet utrum ad liberalem magis pertineat dare quam accipere.

Dicendum quod proprium est liberalis vel pecunia. usus autem pecunie est in emissione ipsius. nam acquisitio pecunie magis assimilatur generationi quam usui custodia vero pecunie in quantum ordinatur ad facultatem vendendi assimilatur habitui. Emissio autem alicuius rei quanto fit ad aliquid distans. tanto a maiori virtute procedit. sicut patet in his quod precipiunt. Et ideo ex maiori virtute procedit quod aliquis emittat pecuniam dando eam aliis quam ex pendendo eam circa seipsum. Proprium est autem virtutis ut precipue tendat in id quod perfectius est. Nam virtus est perfectio quedam. ut dicitur in vii. phisicorum. Et ideo liberalis maxime laudatur ex datione. Cum autem liberalitas a prudentia dirigatur. sic etiam quelibet alia virtus moralis ad prudentiam pertinet custodire pecuniam ne furripatur. aut inutiliter expendatur. Sed utiliter eam expendere non est minoris prudentie quam utiliter eam conservare. sed maioris. quia plura sunt attendenda circa usum rei qui assimilatur motui. quam circa conservandam que assimilatur quieti. Quod autem illi qui susceperunt pecuniam ab aliis acquisitas liberaliter expendunt. quam existentes inopia in experti. si propter solum hanc inopiam liberaliter expenderent. non haberent liberalitatis virtutem. sed quoniam homo in expertia se habet solum sicut tollens impedimentum liberalitatis. ita quod promptius liberaliter agat. timor enim inopie ex eius experientia procedens impedit quoniam eos qui acquisierunt pecuniam ne eam consumant liberaliter agendo. Et sicut amor quo eam amant tanquam proprium effectum. ut philosophus dicit in iii. ethicorum.

Ad quantum scilicet verum liberalitas sit pars iustitie. Dicendum quod liberalitas non est species iustitie quia iustitia exhibet alteri quod eius est. liberalitas autem exhibet id quod est suum. Habet tamen quandam convenientiam cum iustitia in duobus. Primo quidem quia principaliter est ad alterum. sicut iniustitia. Secundo quia est circa res exteriores. sicut et iustitia. licet secundum aliam rationem ut dictum est. Et ideo liberalitas a quibusdam ponitur pars iustitie. sicut virtus ei annexa ut principali.

Ad sextum. scilicet de comparatione liberalitatis ad alias virtutes. Dicitur quod quilibet virtus tendit in aliquod bonum. Unde quanto aliquid virtus in melius bonum tendit tanto melior est. liberalitas autem tendit in aliquod bonum dupliciter. Uno modo primo et per se. Alio modo ex consequenti. Primo quidem et per se tendit ad ordinandum propriam affectionem circa possessionem pecuniarum in usum. et sic secundum hoc profert liberalitati. et temperantiam que moderatur concupiscentias et delectationes pertinentes ad proprium corpus. et fortitudo et iustitia que ordinantur quodammodo in bonum commune. una tempore pacis. alia tempore belli. et omnibus profertur virtutes que ordinantur in bonum divinum. Nam bonum divinum preeminet cui libet bono humano. et in bonis humanis bonum publicum preeminet bono privato. in quibus bonum corporis preeminet bono exteriorum rerum. Alio modo ordinatur liberalitas ad aliquod bonum ex consequenti. et secundum hoc liberalitas ordinatur in omnia bona predicta. Ex hoc enim quod homo non est amantius pecunie. sequitur quod de facili utatur ea et ad

seipsum et ad utilitatem aliorum et ad honorem dei et secundum hoc habet quandam excellentiam ex hoc quod utilis est ad multa. et quia unumquodque magis iudicatur per illud quod primo et per se competit ei quam secundum id quod consequenter se habet. ideo dicitur dum est libertas non esse maximam virtutem.

De vitiis oppositis. scilicet avaritia et prodigalitate. **DE EPYKEYA.** Re. infra li. iii.

Deinde considerandum est de epykeya et primo verum sit virtus. Secundo verum sit pars iustitie. Ad primum considerandum quod quia actus humani de quibus leges dantur in singularibus contingunt consistunt in infinitis modis narrari possunt non fuit possibile aliquid regulam legis institui que in nullo casu deficeret. sed legislatores attendunt ad id quod in pluribus accidit secundum hoc legem ferentes quam tamen in aliquibus casibus servare est contra equalitatem iustitie. et contra bonum commune quod lex intendit. sicut lex instituit. quod deposita redantur. quia hoc quod in pluribus iustum est. contingit tamen aliquando esse nocivum. puta si furiosus deposuit gladium. et non reposcat dum est in furia vel si aliquid reposcat depositum ad patrie impugnationem. In his ergo et similibus casibus malus esset sequi legem positam. bonum autem est premissis verbis legis sequi id quod poscit iustitie ratio et communis utilitas. et ad hoc ordinatur epykeya que apud nos dicitur equitas. Unde patet quod epykeya est virtus. Epykeya enim non aufert iustum simpliciter. sed iustum quod est lege determinatum. neque etiam opponunt severitati que sequitur veritatem legis in quibus oportet. sequi autem verba legis in quibus non oportet vitiosum est. unde dicitur in codice de legibus et constitutionibus principum. non dubium est in legem committere eum qui verba legis amplexus contra legis nitent voluntatem.

Ad secundum scilicet verum epykeya sit pars iustitie. Dicendum quod sicut super dictum est. virtus aliqua habet triplicem partem. scilicet partem subiectivam. integram et potentialem. Pars autem subiectiva est de qua essentialiter predicatur totum. et est in minus. Quod quidem contingit dupliciter. Quandoque enim aliquid predicatur de pluribus secundum unam rationem sicut animal de equo et boue. quandoque autem predicatur secundum prius et posterius. sicut ens predicatur secundum prius et posterius. quia predicatur de substantia. et accidente. Epykeya ergo est pars iustitie communitate dicitur tanquam iustitia quedam existens ut philosophus dicit in v. ethicorum. Unde patet quod epykeya est pars iustitie subiectiva. et de ea iustitia per primum dicitur quod de legali. nam legalis iustitia dirigunt secundum epykeya. Unde epykeya est quasi superior respectu humanorum actuum.

**DE PRECEPTIS IUSTITIE
DISTINCTIO. CLXXIX.**

Deinde considerandum est de preceptis iustitie. Et circa hoc consideranda sunt sex. Primo verum precepta decalogi sint precepta iustitie. Secundo de primo precepto decalogi. Tertio de secundo. Quarto de tertio. Quinto de quarto. Sexto de aliis sex.

Ad primū scz utrū p̄cepta decalogi sint p̄cepta iustitie. Dicendū q̄ p̄cepta decalogi sūt prima p̄cepta legis & quibus statim ratio naturalis assentit. sicut manifestissimis. Manifestissime aut̄ ratio debiti q̄ requirit̄ ad p̄ceptū apparet ī iustitia q̄ est ad alterū. quia ī hiis q̄ spectant ad seip̄m. videt̄ primo aspectū q̄ hō sit sui dñs & q̄ liceat ei facere q̄ licet. Sed ī hiis q̄ sunt ad alterū manifeste apparet q̄ hō est alteri obligatus ad reddendū ei id quod debet ei. Et iō p̄cepta decalogi oportuit ad iustitiaz p̄tinere. Vnde tria p̄cepta sunt prima de actibus religiosis q̄ est potissima pars iustitie. Quartū aut̄ p̄ceptum est de actu pietatis q̄ est ps iustitie secūda. Alia uō sex dant̄ de actib⁹ iustitie cōmunit̄ dicte q̄ inter eq̄les attendit̄.

Ad secūdū scz de p̄mo p̄cepto decalogi. dicendū q̄ ad legē p̄met facere hoīes bonos. & iō oportet prima p̄cepta legis ordinari s̄m ordinē generatōis. q̄ scz fit homo bon⁹. In ordinē aut̄ generatōis duo sunt attendenda. quoz̄ primū est. q̄ prima ps primo constituūt sicut ī generatōe aīalis primo generat̄ cor. & in domo fit primo fundamentū. In bonitate aut̄ aīe prima pars ē bonitas uolūtatis. ex q̄ aliqs hō bene utit̄ q̄libet alia bonitate. Bonitas aut̄ uolūtatis attendit̄ ad obm̄ suoz̄ qd̄ ē finis. Et ideo i eo q̄ erat p̄ legem instituētus ad virtutē. primo oportuit iacere quoddā fundamentū religionis p̄ quā hō debite ordinat̄ in deū. qui est ultimus finis humane uolūtatis. Secūdo attendendū est ī ordine generatōis q̄ primo cōtraria & impedimēta tollunt̄. sicut agricola primo purgat agrū. postea p̄icit semia. s̄m illud Iē. .iiii. Nouate uob̄ nouale. & nolite seminare mē spinas & tribulos. Et iō circa religionē primo erat hō instituend⁹ ut impedimēta uere religionis excluderet. P̄ceptū aut̄ religionis impedimētū est q̄ homo falso deo ibereat. s̄m illud Math. .vii. Non potestis seruire deo & mamone. Et iō ī primo p̄cepto legis excludit̄ cultus falsoz̄ deoz̄. Cult⁹ aut̄ alienoz̄ deoz̄ dupliciter. apud antiquos obseruabat̄. Quidā enī quosdā creaturas p̄ diis colebat̄ absq̄ institutione ymaginū. Vñ pharo dixit q̄ antiqui romā diu sine simulacris deos coluerūt. Et hic cultus phibet̄ primo. cū dicit̄. non habebis deos alienos. Erat aut̄ apud alios cultus falsoz̄ deoz̄ sub quibusdā ymaginibus. Et iō oportet p̄hibet̄ ipsarū ymaginū institutio. cum dicit̄. non facies tibi sculptile. Et ymaginū ipsarū cultus. cū dicit̄. non coles ea zc̄.

Ad tertiuū scz de secūdo p̄cepto decalogi. qd̄ est. Nō assumes nomē dei tui inuānū. Sciēdū q̄ oportet prius impedimenta uere religionis excludē ī eo qui instituūt ad uirtutē q̄ eum ī uera religione fundare. Opponit̄ aut̄ uere religioni aliquid dupliciter. Vno mō p̄ excessuz̄ qñ scz id qd̄ est religionis alteri ī debite exhibet̄. quod p̄tinet ad sup̄stitōem. Alio mō quasi p̄ defectū reuerentie. cum scz deus cōtemnit̄. quod p̄met ad uitiū uere religiositatis. ut supra habitū ē.

Sup̄stitio aut̄ ipedit religionē quantū ad hoc ne suscipiat̄ deus ad colendū. Ille aut̄ cui⁹ animus iplicatus est ī debito cultu. nō pot̄ siml̄ debitū dei cultū suscipere. Secūdu illud ysa. .xxiiii. Angustatus est stratū ut alter decidat. scz deus uerus & falsus ī corde hoīs. & palliū bzeue utrūq̄ operire nō potest. Per irreligiositatē aut̄ impedit̄ religio quantū ad hoc ne deus postq̄ susceptus est honoret̄. Prius aut̄ est deus suscipere ad colendū q̄ eum susceptū honorare. Et ideo p̄mittit̄ p̄ceptū ī quo phibet̄ sup̄stitio. Secūdo. p̄ceptuz̄ quo phibet̄ piuriū ad irreligiositatē p̄tinent̄. **A**d quartū scz de tertio p̄cepto. quod ē. Memēto ut diem sabbati sanctifices. Sciēdū q̄ remotis impedimētis uere religionis p̄ primū p̄ceptū & s̄m decalogi. ut supra dictū est. cōsequens fuit ut tertiuū p̄ceptū poneret̄. p̄ quod hoīes ī uera religione fundarent̄. Ad religionē aut̄ p̄tinet cultū deo exhibere. Sic aut̄ ī scriptura diuina misteria tradunt̄ nobis sub aliq̄bus corporaliū rerum similitudinib⁹. ita cultus exterior deo exhibet̄ p̄ aliquod sensibile signū. Et q̄ ad interiorē cultum q̄ cōsistit ī oratōe & deuotōe magis inducitur hō ex interiori spiritus sancti īstinctu p̄ceptū legis dandū fuisse de exteriori cultu secūdum aliquod sensibile signū. Et q̄ p̄cepta decalogi sunt q̄si quedā prima & cōia p̄incipia uel p̄cepta legis. ideo ī tertio p̄cepto decalogi p̄cipit̄ exterior dei cultus sub signo cōis beneficii quod p̄tinet ad om̄s representandū. scz opus creatōis mūdi a quo requieuisse dñs dicit̄ septima die. In cui⁹ signū dies septima mādāt̄ sanctificāda id ē deputanda ad uacandū deo. Et ideo exo. .xx. p̄missō p̄cepto de sanctificatione sabbati assignat̄ ratio. q̄ sex diebus fecit deus celum & terrā. & ī die septima requieuit. Sciēdū aut̄ q̄ p̄ceptū de sanctificatione sabbati literaliter intellectuz̄ est prim̄ morale prim̄ aut̄ ceremonialē. Morale quidē quantuz̄ ad hoc q̄ hō deputet aliquod temp⁹ uite sue ad uacandū diuinis. Inest enī homī naturalis īclinatio ad hoc q̄ q̄libet rei necessē deputet̄ aliquod tēpus sicut corporali refectōni. somno & aliis hmōi. Vñ etiā spiritali refectōi q̄ mens hoīs ī deo reficit̄ s̄m dictamē naturalis rōis aliquod tēpus deputat̄ hoī. & sic habet aliquod tēpus deputatuz̄ ad uacandū diuinis cadit sub p̄cepto moralī. Sed ī quantū ī hoc p̄cepto determinat̄ speciale tempus ī signuz̄ creatōis mūdi. sic est p̄ceptū ceremonialē. Similit̄ etiā ceremonialē ē s̄m allegoricā significatōz̄. put fuit figura q̄eris christi ī sepulcro que fuit septima die. & similit̄ s̄m moralē significatōnem put̄ signat̄ cessatōem ab omī actu peccati & quietē mentis ī deo. Et s̄m hoc quoddammō ē p̄ceptū generale. Similit̄ etiā ceremonialē ē secūdū significatōem anagogicā. put scz p̄figurat quietē fructōis dei q̄ erit ī patria. Vñ p̄ceptū de sanctificatione sabbati ponit̄ inter p̄cepta decalogi ī quantū est p̄ceptū morale. nō ī quantū ē ceremonialē. **I**tē sciēdū q̄ ī obseruatōe

sabbati duo sunt consideranda. quorum unum est sicut finis. & hoc est quod homo uacet rebus diuinis. quod significat in hoc quod dicit. **Memento ut diem sabbati sanctifices.** Illa autem sanctificari dicuntur in lege quod diuino cultui applicantur. Aliud est autem cessatio operum que significatur. cum dicitur. **Septima die domini dei tui non facies omne opus.** Sed de quo opere intelligatur apparet per id quod exponitur **Leuit. xxxiiii.** Omne opus seruile non facietis in eo. Opus autem seruile dicitur a seruitute. Est autem triplex seruitus. Una quidem qua homo seruit peccato. **Iuxta illud. Qui facit peccatum seruus est peccati.** & secundum hoc omne opus peccati dicitur seruile. Alia seruitus est qua homo seruit homini. Est autem homo alteri seruus non secundum mentem. sed secundum corpus. ut super habitum est. **Et ideo opera seruilia secundum hoc dicuntur opera corporalia in quibus unus homo alteri seruit.** Tertia autem est seruitus dei & secundum hoc opus seruile potest dici opus laudis. quod pertinet ad dei seruitum. **Si autem sic intelligatur opus seruile non prohibetur in die sabbati.** quod hoc esset contrarium fini obseruationis sabbati. Homo enim ad hoc ab aliis operibus abstinet in die sabbati ut uacet operibus ad dei seruitutem pertinentibus. **Et inde est quod dicitur. Iob. vii.** Circumcisionem homo accepit in sabbato ut non soluat lex **Moyse.** Inde etiam est quod sicut dicitur. **Matth. xii.** Sabbatis sacerdotes in templo sabbatum uiolant. id est corporaliter in sabbato operantur. & sine crimine sunt. **Et sic etiam sacerdotes in sabbato circumferentes archam non transgrediebantur preceptum de obseruatione sabbati.** sicut etiam nullius spiritualis actus exercitium est contra obseruantiam sabbati. **Putat si quis doceat uerbo uel scripto. Vnde numeri. xxviii.** dicitur glossa. quod faber & huiusmodi artifices operantur in die sabbati. **Leuitor autem diuine legis uel doctor ab opere suo non definit nec tamen contaminatur sabbatum.** sicut sacerdotes in templo sabbatum uiolant & sine crimine sunt. **Sed alia opera seruilia que dicuntur seruilia primo uel secundo modo contrariantur obseruantie sabbati.** in quantum impediunt applicationem hominis ad diuinam. & quod magis impeditur homo a rebus diuinis per opus peccati quam per opus licitum quod uis sit corporale. ideo magis contra hoc preceptum agit qui peccat in die festo quam qui aliquod corporale opus licitum facit. **Vnde augustinus dicit in libro de decem cordis.** Melius faceret uideus in agro suo aliquid utile quam in theatro sedicōsius existeret. & melius femine eorum die sabbati lanam facerent quam tota die in neomeniis suis impudice saltarent. **Non enim qui peccat uerbaliter in sabbato contra hoc preceptum facit.** quod peccatum uerbaliter non excludit sanctitatem. **Opera enim corporalia ad spirituales cultum non pertinentia inter seruilia dicuntur.** in quantum pertinent ad seruientes. in quantum uero sunt communia tam seruus quam liberis seruilia non dicuntur. **Quilibet autem tam seruus quam liber tenetur in necessariis prouidere.** non tantum sibi sed etiam proximo precipue quidem in hiis que ad salutem corporis pertinent. secundum illud **peru. xiiii.** Erue eos que ducunt ad mortem. **Secundario in damno rerum**

uitando. secundum illud **deuter. xxii.** Non uidebis ouem & bouem fratris tui errantem & perteribis. sed reduces fratri tuo. **Et ideo opus corporale pertinens ad conseruandam salutem proprii corporis non uiolat sabbatum.** Non enim est contra obseruantiam sabbati quod aliquis comedat & alia homini faciat quibus salus corporis obseruatur. **Et propter hoc machabei non polluerunt sabbatum pugnantes ad sui defensionem die sabbati.** ut legitur primo **Mach. ii.** **Silii nec Helyas etiam fugientes a facie iezabel in die sabbati.** **Et propter hoc etiam dominus Mach. xii.** excusat discipulos suos qui colligebant spicas in die sabbati propter necessitatem quam patiebantur. **Similiter etiam opus corporale quod ordinatur ad salutem corporalem alterius non est contra obseruantiam sabbati.** **Vnde dominus dicit. Iob. vii.** **Mihi indignamini quod totum hominem saluum feci in sabbato.** **Similiter etiam opus corporale quod ordinatur ad imminuendum damnum rei exterioris uitandum non uiolat sabbatum.** **Vnde dominus dicit. Matth. xii.** **Quis erit ex uobis homo qui habet unam ouem et ceciderit in sabbato in foueam.** nonne tenebit & releuabit eam. **Item nota quod obseruatio diei dominice in noua lege succedit obseruationi sabbati non ex necessitate legis. sed ex constitutione ecclesie & consuetudine populi christiani.** nec etiam homini obsequatio est figuralis. sicut fuit obseruatio sabbati in ueteri lege. **Et ideo non est ita ardua prohibitio operandi in die dominica sicut in die sabbati.** sed quoddam opera conceduntur in die dominica que in die sabbati prohibebantur. sicut decoctio ciborum et alia huiusmodi. **Et etiam in quibusdam operibus prohibitis facilius propter necessitatem dispensatur in noua quam in ueteri lege.** quod figura pertinet ad protestationem ueritatis quam nec in modico pretereire oportet. **Opera autem secundum se considerata immutari possunt pro loco & tempore.** **Ad quintum scilicet de quarto precepto quod est de honoratione parentum.** **Dicendum quod precepta decalogi ordinantur ad dilectionem dei & proximi.** **Inter proximos autem maxime obligamur parentibus.** **Et ideo immediate post precepta ordinata nos in deum. ponitur preceptum ordinans nos ad parentes qui sunt particulari principio nostri esse.** sicut deus est uniuersali principio. & sic est quedam affinitas huius precepti ad precepta preter tabule. **Ad sextum scilicet de aliis sex preceptis.** sciendum quod si cut per partes iusticie debitum redditur aliquibus determinatis personis quibus homo ex aliqua speciali ratione obligatur. ita etiam per iusticiam proprie dicitur aliquis debitor redditur communiter omnibus. **Et ideo post precepta tria pertinentia ad religionem qua redditur debitum deo & post quartum preceptum quod est pietatis qua redditur parentibus debitum. in quo concluditur omne debitum quod ex aliqua speciali ratione debetur. necesse fuit quod ponerentur consequenter alia precepta pertinentia ad iusticiam proprie dicitur que indifferenter omnibus debitor redditur. **Sciendum autem quod omnia nocumeta que proximis inferuntur possunt ad ista reduci que hiis preceptis prohibentur tanquam ad quedam communioza & principalioza.** **Nam omnia nocumeta que in persona****

proximi inferunt intelligunt prohiberi in homicidio sicut in principali. Que uero inferunt in persona coniuncta & maxime primo libidinis intelligunt prohiberi simul cum adulterio. Que uero pertinent ad damna in rebus illata intelligunt prohiberi simul cum furto. Que autem pertinent ad locutionem sicut detractiones blasphemie & si quibus in iustis intelligunt prohiberi falso testimonio. quod directius iusticie contraria est. Item quod homicidium sicut non est concupiscibile sed magis horribile. quod non habet de se rationem alicuius boni. Sed adulterium de se habet aliquam rationem boni scilicet delectabilis. Furtum etiam habet rationem alicuius boni scilicet utilitatis. Bonum autem de se habet rationem concupiscibilem. Ideo sunt specialibus preceptis prohibenda concupiscencia furti & adulterii. non autem concupiscencia homicidii.

DE FORTITUDINE.

DISTINCTIO. LXXX.

Qonsequenter post iustitiam considerandum est de fortitudine. Circa quam consideranda sunt quatuordecim. Primo quod fortitudo laudabilis a reprobabili distinguitur. Secundo quod ualent ad commendationem fortitudinis. & ostendunt eam esse laudabilem. Tertio quod fortitudo iuuat. Quarto utrum fortitudo sit uirtus. Quinto utrum sit uirtus specialis. Sexto utrum sit circa timores & audacias. Septimo utrum sit solum circa timorem mortis. Octauo utrum sit solum in rebus bellicis. Nono utrum sustineat sit principuus actus eius. Decimo utrum habeat delectationem in actu suo. Undecimo utrum fortitudo maxime consistat in repetitis. Duodecimo utrum utatur ira in actu suo. Tredecimo utrum sit uirtus cardinalis. Quarto decimo de comparatione eius ad alias uirtutes. Circa primum sciendum est quod fortitudo laudabilis & uirtuosa. Que dicitur uero reprobabilis & uitiuosa. Prima bonorum. Secunda malorum. Mali namque sunt fortes in carnalibus opibus. debiles in spiritualibus. E contra boni fortes sunt in spiritualibus. debiles in carnalibus. Fortes sunt mali ad acquirenda temporalia. debiles ad eterna. Fortes inquit sunt boni in opibus uirtuosis. sicut dicitur *Ysa. xli.* Vocabuntur in ea fortes iusticie plantatio domini ad glorificandum id est ad eternam gloriam acquirendam. E contra mali sunt fortes in uitiis perpetrandis. *Iere. xxiii.* Factus est cursus eorum malus. & fortitudo dissimilis. scilicet a fortitudine bonorum. De utraque fortitudine loquitur *Gre. ait sup illud Job. vi.* Que est enim fortitudo mea ut sustineam. aut patientia mea ut fortiter agam. Notandum est inquit quod alia est fortitudo iustorum alia reproborum. Iustorum est fortitudo carne vincere. propriis uoluntatibus contrarias delectationes uite presentis extinguere. mundi asperam eternis promissis amare. propriis blandimenta contemneret. aduersitatis metum in corde superare. Reproborum uero fortitudo est transitoria sine cessatione diligere contra flagella conditoris insensibili

liter perdurare. ab amore temporalium nec aduersitate quiete. ad manum gloriam etiam cum uite detrimento peruenire. malicie argumenta querere. bonorum uero tam non solum lingua & moribus. sed etiam gladiis impugnare. in semetipsis spem ponere. misericordiam quod tidie sine ullo desiderii defectu perpetrare. An non fortes sunt reprobi qui ad presentis uite concupiscentiam tot laboribus currunt. tot periculis se audacter obiciunt. pro lucris contumelias libenter ferunt. ab appetitu sui libidine nulla uicti contrarietate resiliunt. percussionebus decertant. & mala mundi tolerant. pro mundo & eius gloria & fallaci promissione & ita dixerunt gaudia querentes perdit. Nec tamen hoc patientes fatigantur ibi quasi in absentio inebriantur. At contra uir iustus ad mundi pericula pro mundo toleranda gaudet esse debilis. finem suum conspicit. uita presentis quasi sit transitoria attendit pro eo labores propter renuit cuius intrinsecus delectationem uincit. Ad hoc facit uerbum beati *Berni.* sup illud *Can. v.* Innixa super dilectum quasi stas da gloriam deo. cuius manu erigeris. necesse habes ut eius manu tenearis. multum opus uirtute habes. sed quasi induaris ex alto. Ipsa enim si perfecta fuerit. facile facit animum uictorem sui. & sic inuictum reddit ad omnia. Quid est fortitudo uel uirtus. est quippe uigorem animi. cedere nescius procuranda ratione. Vel sic est uigorem animi quantum in se est. omnia ad rationem ducens & dirigens. Quid. nisi quod omnia sunt possibilis inuicti super eum quod omnia potest. Nihil. nisi potentiam dei clarior reddit quasi quod omni potentes facit omnes qui in se sperant an non omnipotens est cui omnia possibilis sunt. ita animus si non presumat de se sed confortetur a deo. poterit dominari sibi si non dicitur ei omnis iniustitia. Ita inquit deo innixum nulla uis. nulla fraus. nulla iam illecebra poterit uel stantem deicere uel subicere dominantem. Alioquin frustra nititur si non innititur. Hec autem quod uirtute dicta sunt fortitudini specialiter conueniunt. quod etiam uirtutis nomine designantur. Sap. viii. ubi inquit quatuor cardinales uirtutes. uirtute uocat fortitudinem. dicitur. Sobrietate docet et prudentiam & iustitiam & uirtute. Fortitudo enim multum est necessaria ad exercitium bonorum operum. *Berni.* In sermone rogationum. ueritate caritate & fortitudine me egere multum fateor. deficit ratio mea pro ignorantia ueritatis. languet uoluntas pro defectu affectionis. caro infirmat pro inopia fortitudinis. Nam ratio minus intelligit quod agenda sunt. et uoluntas minus diligit intellecta. et corpus quod corrumpit aggruat animam. ut non quod uolumus illa faciamus. Neque enim patere hunc defectum si ratio esset iugiter exercitata in inquisitione ueritatis. uoluntas in desiderio caritatis. caro in operatione uirtutis. Circa secundum sciendum. Primum quod ad commendationem fortitudinis ualere huiusmodi nominis interpretatio. Secundo scripture sacre multiplex exhortatio. Tertio status in quo sumus consideratio. Quarto multiplex effectuum eius meditatio. Primum autem quod facit ad commendationem fortitudinis est ipsum nomen eius. quod ut dicitur *papias dicitur* uel a ferro. uel a ferro. quod est uirtus ferrea. omnia mala ualens ferre. Et quia uirtus inuincibilis est & turris

fortissima in qua dependet omnis armatura fortium que sunt in ea munimenta omnia contra omnem temptationum machinamenta & insultus hostiles. Per hanc enim virtus omnis habet vincere et resistere a uicio sibi contrario. Vnde dicit Tullius. Soli fortitudini nomen virtutis attribuebatur. Virtus quasi virum tuens dicitur. Hoc specialissime competit fortitudini que armatus homo non potest uinci nisi eas abiecerit. Vnde dicit philosophus Boetius. Talia tibi contuleramus arma que uinci non potuisses nisi abieceris. Hec est armatura que armavit summa philosophia christus pugiles & pares duodecim que erant parati ad vincendum & subiugandum totum mundum. Vt dicit Lucas in fine. Sedete in ciuitate donec induamini uirtute ex alto. Per hanc armaturam lupi missi iter lupos subiugauerunt lupo et locuste gigantes. Dicunt explozatores terre promissionis Numeri. xiiii. Vidimus homines quibus comparati quasi locuste eramus. Ibi origenes. Nouit dominus mirabilia facere de locustis lupare gigantes. Hec armatura facit vere hominem virum a uirtutis uel rigore sic dictum. Sicut ait Seneca. Facilius est ueniam gentem quam ueniam uirum lupare. Volens autem dominus cananeos vincere & gigantes terre promissionis delere. mittens Iosue ad hoc agendum inuitat eum ad hanc armaturam. qui ait. Iob. i. Confortare & esto robustus. tu enim diuides terram filiis israel pro qua iuravi ut darem eam eis. Hac armatura omnes uicit & deiecit & inuincibilis permansit. sicut ostendit. Ecci. xlii. Fortis in bello Iosue. & cetera multa ad hoc. Secundo ad commendationem fortitudinis facit multiplex exhortatio scripture sancte. Deu. xxxi. Viriliter agite et confortamini. & nolite timere neque paueratis ad conspectum inimicorum vestrorum dixit Moyses filiis israel. Et post Iosue ait. viriliter age & confortetur cor tuum. &c. ps. Viriliter agite et confortetur cor vestrum. Idem habet Dani. x. Similitudinem idem. i. Cor. vi. Similiter Hebre. xi. Estote fortes in bello. &c.

Tertio facit ad commendationem fortitudinis locus & status in quo sumus. Sumus enim in mundo isto in campo certaminis. in medio inimicorum in quo habemus vincere cum gloria uel uinci cum ignominia. & vincere non possumus sine hac armatura. Baruc. iii. Quid est israel quod in terra inimicorum es. &c. In hoc campo ut dicitur. Tre. i. Abierunt absque fortitudine ante faciem sublequentis. Multi tamen tanquam puluis quem percussit uentus temptationis ante faciem sublequentis dyaboli qui uincit sine aliqua relictatione. Quarto commendabile reddit fortitudinem multiplex eius utilitatis effectus. Primum effectus eius est. quod a peccato & a seruitute dyaboli fortitudo educit & liberat. ps. Qui educit uinctos in fortitudine &c. Dyaboli enim cor est simile cordi pharaonis. de quo legitur in Exodo. Induratus est cor pharaonis ipse non dimittebat quos tenebat nisi in manu fortis. Iud. vi. Dicit dominus Gedeoni. Vade in hac fortitudine tua liberabis israel de manu madyan. Sic dominus per predicatorem forte liberat peccatores a seruitute dyaboli. Sampson quam diu fortitudinem habuit. se semper de manu philisti

stimoque liberauit & eorum uincula & claufuras dirupit. Iud. xv. & xvi. Item dauid manu fortis liberauit israel a Golyath & philisteorum seruitute. i. Re. xvii. Secundo fortitudo dyabolum superat & fugat. ps. Precixisti me uirtute ad bellum. & supplantasti inimicos meos subter me. & inimicos meos dedisti mihi dorsum. Bern. Virtus ex alto in homine si perfecta fuerit facile facit animum uictorem sui. & sic eum in uictum reddat ad omnia. Sic sampson philisteos quod diu fortitudinem seruauit semper superauit. que amissa. deiecit & abiectus est a femina & ab aduersariis captus & excecatus. Numeri. xxiiii. Hereditas fey cedet inimicis suis. quod iure hereditario israel qui interpretatur fortis cum deo fortiter ager. Iacobi. iiii. Resiste dyaboli et fugiet a uobis. quia ut Gregorius ait. debilis est hostis qui non potest uincere nisi uolente. Tertio fortitudo ex uictoria promissum sperat. & obtinet ex uictoria gloriam. Parax. xv. Confortamini & non dissoluantur domus uestra erit enim merces operi uestro. Vnde apostolus. Cor. ii. Esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi coronam uitae. Iacobi. i. Beatus uir qui suffert temptationem quam cum probatus fuerit. accipiet coronam uitae. &c. Ysa. lxi. Vocabuntur in ea fortes iusticie plantatio domini ad glorificandum. Quarto fortitudo eorum que uacant dei seruitio fortes in eo deum letificat. Nee. viii. Gaudium domini est fortitudo nostra. Ideo ps. dicebat fortitudinem meam ad te custodi. ut de ea gaudeas & mihi retribuas. Quinto fortitudo uirilium operum deo placet & eum placat. sicut rex multum amat militem qui aliquando ei fortiter resistit uel castrum forte uel eum fortiter impugnavit quam ad eum redit. & ei fideliter seruit. & fortiter pro eo pugnans hostes eius fortiter impugnat. Sicut fecit Paulus qui de pessimo persecutore factus est fortissimus et fidelissimus pro pugnatore ecclesie. & fidelissimus christi predicatore. Legit in egypti. li. i. de claudibus iudeorum. qui cum herodes aschalonita fuisset amicissimus Pompei & pugnavit fortiter contra cesarem pro eo. Pompeio mortuo cum haberet ei exosus ueniens ad cesarem confessus fidelitatem amicitie quam habuerat ad pompeium. & quanta sustinuerat pro romanis. & ut ostenderet non solum uerbis sed factis expoliavit se dicens. cessent uerba loquans uulnera fidelitatem quam habeo ad amicos. Et ostendit cesari cicatrices multorum & magnorum uulnere que sustinuerat pro fidelitate amozis pompei & romanorum. Que amoris patris erat cum cesare si ei placeret seruire. quod adeo cesari placuit quod eum extunc amicissimum habuit. & iudee totius procuracionem ei commisit. Ad idem etiam facit exemplum beate Magdalene. Luc. vii. Que ante conuersionem suam ita fortiter deum impugnavit quod de se munitionem. vii. principalibus demonibus munitam contra deum fecit. Que propter hoc quod ita fortiter fleuit & perituit quod lacrimis domini pedes lauit. deus adeo placuit ut omnibus sibi peccatis dimissis ab eo in pace rediret. Similiter latro in cruce. Ad hoc etiam facit potest exemplum quod refert God. promissensis.

in libro de gestis impatorū. dices. q̄ anno do-
mi nongentesimotriciesimo sexto. imperante
Orbone primo accidit i eius curia i die pasche
q̄ cū quidā puer filius cuiusdam comitis por-
rexisset manū ad fercula que portabat cocus
percussit euz sic baculo q̄ deiecit eū q̄si mortu-
um. miles quidā custos pueri gladio cocū occi-
dit. captus ducit ante impatorem qui cum uel-
let rationē reddere facti sui. noluit eū audire i
patoz. sed p̄cepit eum occidi. miles audiens ir-
ruit in impatoz eū per capillos ad pedes suos
p̄iciens. quē cū ducerēt ad mortē p̄hibuit im-
patoz faciens eum adduci ad se querens cau-
sam tante p̄sumptionis. qui ait q̄ ideo fecerat
quia conē leges impiales eū ad mortē iudica-
uerat nolens audire suam rationē. q̄ sibi ostē-
sa ait impatoz eū fuisse iustum ultoz sue in-
iustitie. & p̄cepit ne coram eo cōperet et ut sibi
dimitteret. Cum autē impatoz aliqui in tētozio
suo estiuo t̄paliē dozmirēt & hostes sui latentē
venientes ad eum occidendū. & uideret h̄ mi-
les balneans se nudus exiuit assumpto clipeo
& ense. mouens clamozē in castris. & occurrēt
eis fugauit timentes cū aliis qui ad ei⁹ clamo-
rem excitati se pauerant ad arma. Qd̄ cū audi-
ret impatoz non solū rancozē pristinū ei remi-
sit. sed etiā in curia sua eum fecit amicū et p̄-
cipēz. Sic quantū ad hoc potest similitudo ad
hoc aptari q̄ deus quēcunq; suū inimicū quā-
tūcunq; ei iniuriā intulerit. si reatū suū confes-
sus fuerit. facti sui penitens similit̄ hostes su-
os impetierit fortiter h̄is resistens. & maxie
h̄is qui p̄ eo diuitiis t̄palibus nudant̄. & scu-
to armantur fidei & gladio sp̄s qd̄ est uerbū
dei demonē & membra ei⁹ impetūt. uitia for-
titer impugnando. non solum eos ad pacem
& ad amicitia recipit. sed eos in curia sua cele-
sti magnos efficit. Placat ergo tremendū iu-
dicem humiliter penitens & opa penitētie for-
titer agens manū ad fortia remittēs. p̄. xxx.
Bern. O humilitas penitentū. obediētia cōfi-
tentū spes consistentiū q̄scito uincis inuinci-
bilē q̄scito tremendū iudicē uertis in clementis-
simuz patrē. **Sexto** fortitudo dicit fortiter
agentē. p̄. x. Egestatē opata est man⁹ remis-
sa. manus autē fortū diuitias parat. Idem in
eodē. xi. ca. **Robusti** habebūt diuitias. p̄. xxi.
Cogitationes robusti semp̄ in abundātia. oīs
aut piger semp̄ i egestate. **Septimo** fortitu-
do hoīem cōfortat. Eph. vi. Confortamī i do-
mino et in potentia uir. eius. Hec est fortitudo
que est eius qui non est fortis ut est dñs. &c.
Qui uiriliter agunt ex hoc habent confortari
p̄s. **Viriliter** agite & confortetur cor uestrum
Idē. i. Coz. xvi. **Octauo** mala p̄sentia eq̄ni-
miē portat. ut faciebat Paulus. ii. ad Coz. iiii.
In om̄ibus tribulationē patimur. sed non an-
gustiamur &c. **Phy. iiii.** Om̄ia possum i eo q̄
me confortat. Sicut faciebat Stephanus plen⁹
gratia & fortitudine. Act. vi. **Seneca** de qua-
tuoz uirtutibus. Si magnanimus fueris nun-
q̄ iudicabis tibi cōtumeliam fieri de inimico

tuo dices non nocuit. & si nocendū animū ha-
buit. & cū illū in potestate tua habueris uindi-
ctam putabis uindicari potuisse. Scito enim
maius uindicandi genus ignoscē. In hoc enī
homo vincit se fortem & cor suū uehementer
resistentē subiicit. Sicut legit̄ fecisse Iulius ce-
sar qui ait cuiquā se sibi opponenti. Dignuz te
cesaris ira nullus honoz faciet. Legitur i gestis
alexandri q̄ cū quidā offendisset eū nec uellz
ei parcere. pbante sibi aresto. magistro suo q̄
uictor esset glorioz vincendo cor suuz q̄s q̄
uicerat & sibi subiecerat totū mundū tunc ui-
cit cor suū qd̄ fuit maxie fortitudinis & remis-
sit illi qui ip̄m offendant iniuriā. **Nono**
glorificat. quia facit gloriose dñari sibi & um-
cit. p̄. xii. **Manus** fortium dñabitur. remissa
aut tributis seruiet. i. Mach. ii. **Filii** dixit Ma-
thathias cōfortamī & uiriliter agite in lege. et
cū feceritis ea q̄ in ea scripta sunt in ip̄a glorio-
si eritis. **Ysa. lxi.** Vocabunt̄ in ea fortes iusti-
tie plantatio dñi ad glorificandū. **Decio** bo-
na sp̄alia & tempalia seruat in pace. **Luc. xi.**
Dum fortis armatus custodit atriu suū. in pa-
ce sunt om̄ia que possidet. **Vndecio** regnū
celoz impetrat. **Math. x.** Regnum celoz vim
patitur. & uiolenti rapiunt illud.

Quarta tertiū sciendū q̄ multa sunt q̄ iuuat
homīnē ad fortiter agendū & strenue su-
stinendū. Primū qd̄ iuuat fortitudinē est dei
gratia sine qua om̄is uirtus infirma est et im-
potens bona agere uel mala uincere ad salutē
& meritū uite eterne. Gratia uero sp̄sancti
uirtutē fortitudinis adiuuat ut om̄ia magna
& ardua quātuz expedit implere possit. & oīa
aduersa & aspera supare. p̄s. **Deus** israhel ipse
dabit uirtutem & fortitudinē plebi sue. p̄ quā
facilius & expeditius bona & ardua pagat. et
mala patiat̄ et uincat. **Huius** gratie donū deo
attribuebat. **Apl. i. Coz. xv.** Gratia dei sum
id qd̄ sum. & gratia eius in me uacua nō fuit.
Et. i. Coz. xv. Plus om̄ibus laboraui. non au-
tē ego solus sed gratia dei mecū. **Hec** aut for-
titudō est uigor infusus a deo in anio in quo
est gratia q̄ facit aīam in deo per spem et amo-
rem firmiter inniti. ut per eum cui inniti oīa
possit. **Phy. iiii.** Om̄ia possum i eo qui me cō-
fortat. **Bern.** Om̄ia sunt possibilīa credenti in-
nitenti super eum qui om̄ia potest. nihil enī
clariozem reddit dei om̄ipotentia q̄s q̄ om̄ipo-
tentes reddit oēs qui i se sperant. **Scdm** qd̄
adiuuat fortitudinē est cōsideratio grauis ru-
ine q̄ est in p̄cti casu. Miles enī fortiter in bel-
lo studet agere ne in seruitute redigatur hosti-
um. & ne in carcerem detrahaē tēterrimuz uel
in mortem ignominiosā q̄ in bello sp̄ali vim-
citur in seruitute demonū redigitur. in lacri-
naz & sentinā uitioz demergitur. tandē i ifer-
ni carcerez uictus detrudetur. i. **Re. iiii.** Dicūt
philistei. confortamī & bellate ne seruiatis he-
breis. **Multo** fortius uiriliter debemus agē ne
demonibus seruiamus. sic ille faciebat de quo
legitur i uitis patrū. q̄ de p̄ctis suis dolens &

penitens intravit in quodam sepulchro se ibi ma-
ctans fletibus. ad quem cum uenissent demones
ei diuitias & delicias & honores pmittentes.
si ad eorum rediret obsequium. q. & ipse immobi-
lis in luctu pseueraret. uerberauerunt eum usqz
ad mortem. dicentem q. magis uolebat mori qz
eorum seruituti de cetero subiici. qui extunc adeo
gratia est cumulatus. q. inter homines quasi
dei angelus appareret. quem cum in pugna inue-
sent demones inter flagella immobiles uinci cla-
mauerunt fugientes ab eo confusi dicentes.
monache uicisti. Item egisippus de cladibus iu-
deorum libro. v. dicit. q. cum titus in obsidione
iberusale hostaret romanos milites ut essent
uiriles. & agerent in bello fortiter ne subicerentur
uoliter uicti in confusione romane pbita-
tis. iudeorum populo. & ne uicti & occisi mitte-
rent in infernum. pposuit eis exemplum leonido.
Qui cum esset in pugna cum trecentis lacedemoni-
is quibus preerat contra infinitam multitudi-
nem persarum ait eis. prandeamus ante pugnam
in terris. quia si uicti fuerimus cenaturi sumus
apud inferos. Quod tantum ualuit apud eos q.
uictos persas uel occiderunt uel fugauerunt. et
q. nullus in bello cecidit uno excepto. **Tertium**
quod iuuat fortitudinem est exhortatio ma-
iorum sicut premissum est in exemplo **Titi & Le-**
onido exhortatione. Item **Deu. xx.** Appropinquante
prelio stabit sacerdos ante aciem & sic loquetur
nolite metuere nolite cedere nec formidetis eos
quia dominus deus uester in medio uestri est. & contra
aduersarios uestros dimicabit. & eruet uos
a periculo. **ii. Mach. xv.** Judas Machabeus hor-
tabatur suos ne formidarent aduentum hostium
Et post. Alloquutus est eos de lege et prophetis
& singulos eorum armauit non hasta & clipeo
sed sermonibus optimis. & exhortationibus. **Et**
nota alia que postea secuntur ad hoc facientia.
Quartum est exempla uiroborum. **i. Mach. ii.**
dixit Mathathias filiis suis. Memoretote operum
patrum que fecerunt in generationibus
suis. Quorum ostendit eis multa exempla. Item
Iac. v. Exemplum accipite exitus mali. & longa
nimitatis laboris & patientie prophetas. qui locuti
sunt in nomine domini. Et post. Ecce beatificamus
eos qui sustinuerunt. Et **Heb. xi.** Hi prophetes
per fidem uicerunt regna. **Et post.** Fortes facti sunt
in bello. castra uerterunt exterorum. **ii. Mach. vi.**
dixit Eleazarus adolescentibus. Exemplum forte
relinquam si prompto animo ac fortiter per
grauissimas ac sanctissimas legibus honesta
morte perfungar. Et post iste hoc modo uita
discessit non solum iuuenibus sed etiam uniuersis
genti memoriam mortis sue exemplum uirtutis
& fortitudinis derelinquens. **Quinto** fides
iuuat fortitudinem. **Heb. xi.** Sancti per fidem uicerunt
regna. **i. Pe. vlti.** Cui resistite fortes in fide.
Glosa. Que est tanquam murus. Per hanc uicerunt
martyres omnia supplicia. **Sexto** iuuat spes.
Ysa. xl. Qui sperant in domino mutabunt nomen
uel habebunt fortitudinem. **Et Heb. vi.** Fortissimum
solacium habemus qui confugimus ad te

nendam. ppositam spem. **Glosa.** Quod nos faciat in
omni tribulatione fortes. uolentes ad presens uel
horam pati ut in eternum regnemus. **Septimo** iuuat
fortitudinem caritas. **i. Cor. xiii.** Caritas omnia
suffert. **Ca. vltio.** Fortis ut mors dilectio.
Et ibidem. aque multe id est tribulationes non po-
tuerunt extinguere caritatem. **Octauo** timor.
pu. xiiii. In timore domini fiducia fortitudinis. **Job**
iiii. Vbi est timor tuus. ubi est fortitudo tua.
Glosa. Sicut in uia seculi audacia fortitudinem
timor debilitat parit. ita in uia domini timor for-
titudinem. **Nono** clamor orationis. quia ut
dixit iudas suis dicentibus. quomodo poterimus iesu-
ini & pauci supare tantam multitudinem. & tam
fortem. ait. nolite timere. quia de celo fortitudo
est. **i. Mach. iii.** Dominus enim dat uirtutem & for-
titudinem plebi sue. Item **i. Mach. iiii.** dixit iudas
impetum inimicorum ne formidetis. Memoretote
quomodo salui facti sunt patres uestri et nunc
clamemus in celum. & miseretur nostri deus.
& conteret exercitum istum. quod & fecit. **Exo**
xvii. Eleuante moyses manus in celum. & orante
uincatur amalech. **Decimum** quod iuuat for-
est temperantia & abundantia. **Gre. m. moys.** Nul-
la aduersitas deicit quod prosperitas nulla cor-
rumpit in hac uita. ut ait idem. qui nulla prospera
appetit. nulla aduersa timeat. **Ebrii** et ni-
miis cibis repleti cito deiciuntur. sicut pater. **iii. Re.**
xx. Vbi legitur quod cum benadab rex obsedis-
set samariam cum triginta duobus regibus qui cum
eo erant cum innumera multitudine. cum bibe-
rent uinum temulentum uicti sunt uoliter per centum
triginta pedissecos principum punitarum. **Itz**
refert **Orosius** in libro de cladibus seculorum. quod
cum **Titus** rex potentissimus pugnaret contra
scitas. thamaris eorum regina uidens quod non pos-
set resistere ei uis congregato exercitu suo fugiens
a facie eius. hac arte usa est scieus eius exercitum
afflictum fame tetendit tentoria in locis ame-
nis ponens mensas & uini uasa in multa copia.
et fercula delicata in locis per que debebat
Titus transire & eius exercitus quasi si scite
fugissent a facie exercitus titi perterriti relictis
cibis sibi preparatis in tactis. **Cum** autem inue-
set titus & eius exercitus loca tentorium cibaria
& pocula preparata crediderunt quod ea scite
sibi preparassent. & terrore eorum commoti ea in
tacta reliquissent. sederunt et comederunt. Et
cum cibis essent onerati. et inebriati quiescerent
exeuntes subito scite de insidiis super eos irruerunt.
Thamaris autem dicta amputato titi capite
posuit illud in utero sanguinis humani dicens.
sanguinem sumpsisti. modo de eo satis bibe. Item
Judith. xiii. Post orationem et lacrimas fusas
ad deum caput amputauit inebriati **Olofernisi**
Similiter **label** **Sisaram** lacte repletum occidit
Iud. xiiii. **Vndecimo** iuuat fortitudo carnis continen-
tia. **Judith. xv.** Fecisti uiriliter. & confortatum est
cor tuum eo quod castitate amaueris. **Pro. xxxi.**
Accinxit fortitudine lumbos suos & robora-
uit brachium suum. **Job. xvii.** Mundis manibus
addet deus fortitudinem. cum **Godofridus**

de bullione qui primus de francis regnavit i iherusalem cepisset armis antiochia. & iherusalem. & terram syrie occisis & expulsis sarracenis obscenis cum mirarentur eius fortitudinem cui nullus sarracenus posset resistere. nec ictu manus eius sustinere. tunc treuge Turcozum admirati miserunt ei munera visitantes eum & querentes. unde tanta eius manibus esset fortitudo. quod coram eis ense suo scidit vno ictu eque caput. & cum diceret quod erat virtute & boitate en sis sui. Accepto ense ab eis sibi tradito idem fecit de alio equo. & tunc cum quererent unde hec virtus ei cum ipse non esset maior aliis hominibus ait quod manus sue nunquam carnes tractauerant meretricis. nec luxuria fuerant inquinata.

Duodecimo iuuat fortitudinem. sapientia. **Pro**u. xxiii. Vbi sapiens fortis est & ubi doctus robustus & ualidus. Addit enim multum sapientia ad vires cum melior sit sapientia quam vires. **Eccl.** ix. Vnde ubi uiguit sapientia tamdiu ibi uiguit militia. **P**rius apud caldeos. **P**ost apud grecos. **P**ost apud romanos. **T**andem apud francos. **T**redesimo iuuat fortitudinem elemosina data pro deo. **pu.** xxii. uictoriam & honorem acquirunt qui dat munera. **Eccl.** xvii. & xxix. **E**lemosina uiri quasi saccus cum ipso & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit. **E**t post. **S**uper scutum potentis & lanceam aduersus inimicum tuum pugnet. **V**nde **L**udouicus rex francie dixit optimum uerbum cum pauperes essent congregati in curia sua expectantes elemosinam. & crederet quod ipse dormiret in camera sua. aliis dormientibus ipse exiit de camera sua solus cum vno famulo portante maximam quantitatem denariorum quam in habitu scutiferi distribuere manu sua egenis. & largius eis quos crederet magis egere. **Q**uo completo. cum ipse retruderet se in cameram suam. occurrit ei frater quidam qui hoc de fenestra inspexerat dicens ei. domine rex ego bene uidi factum uestrum. **C**ui rex satis uerecunde ait. fratrem karissime isti sunt stipendiarii qui pro nobis pugnant contra aduersarios nostros. & seruant nobis regnum francie in pace qui non soluimus stipendia ut meruerunt. **Q**uartodecimo iuuat fortitudinem caro edomita per disciplinam. quia ut dicit **G**regorius. **E**lecti dei dum carnem domant spiritu roborent. & demonibus imperant. **Eccl.** xxxiii. **C**ibaria uirga & onus asino. panis & disciplina & opus suo. **E**t post. **S**eruo maliuolo coxtura & compedes mitte istum in opus ne uacet. **G**regorius. **Q**uid si hoste per disciplinam debilitato tu fortior efficiaris. **Q**uintodecimo mercedis consideratio. **G**regorius. **C**onsideratio premii minuit vim flagelli. **Gen.** xlix. **Y**sachar asinus fortis uidens requiem quod esset bona. & terram quod esset optima supponit humeros ad portandum. factusque est tributis seruus. **D**ecimosexto iuuat fortitudinem consideratio diuine passionis. **Heb.** xii. **C**urramus ad propositum nobis certamen aspicientes in auctore fidei & consummatore **I**esum. qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem consum

sione contempta. **E**t post. **R**ecogitate eum &c. **i. Pe.** iiii. **P**assio christi in carne & uos eadem cogitatione armamini. **H**ac armatus quidam martyr in tormentis insuperabilis requisitus quare sic inuenirent fortes christiani in suppliciis. **R**espondit. quia passionem christi habebant impletam in cordibus suis. **T**ortor autem uolens hoc expiri in eo occiso extrahens ab eo cor eius & diuidens. in quocumque partes diuisit in omnibus crucifixi similitudinem ut in speculo relucens inuenit. **D**ecimoseptimo iuuat fortitudinem consideratio insipientium certamen nostrum & remunerantium & gaudentium de probitate nostra. **Coz.** iiii. **S**pectaculum facti sumus huic mundo & angelis & hominibus. **B**oetius. v. de consolatione. **M**agna nobis incumbit bene agendi necessitas qui omnia agimus coram oculis cuncta cernentis. **T**itus ut refert **I**osephus cum moneret suos ut in bello iudaico agerent fortiter. inter alias rationes quas ostendebat eis ut acueret eos ad uiriliter agendum. fuit hoc quod pugnant in oculis imperatoris & inuicte militie romanoz. qui simul esset et testis et laudator eorum probitatis & remunerator. **D**ecimo octauo est adiutorio consideratio dei & sanctorum. plures enim sunt nobiscum quam cum eis. & iuuant nos ad bene agendum & gaudentes de nostra probitate. sicut ostendit **H**eliseus ministro suo timenti & uidentem contra se uenientem exercitum syrozo. **Re.** vi. **N**oli autem timere plures sunt nobiscum quam cum illis. & ostendit ei deus montem plenum curruum igneoz &c.

Decimonono iuuat fortitudinem. laus & honor & merces fortis boni pugilis. homo quem rex summus uoluerit honorare pro uictoria similis erit honori quem iudicauit assuerus exhibendum **M**ardocheo. **Heb.** vi. **Q**uia christus in iudicio ducet eum in consortio suo indutum uestibus regis. & gloria & honore coronatum proclamabit honorandum ab omnibus. **I**d enim quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostre. supra modum in sublimitate eterne glorie produs opabitur in nobis. ait **A**plius. i. **Coz.** iiii. **V**icesimo iuuat fortitudinem. consideratio confusionis. qua confundentur pugiles inertes coram omnibus uicti a uilissimis demonibus & membris eorum. **I**ere. xx. ca. **C**onfundentur uehementer qui non intellexerunt obprobrium sempiternum quod nunquam delebitur. quam scilicet deus dicit. **I**te maledicti in ignem eternum. &c. **Matth.** xxv. **C**onfundentur ut confusi sunt iudei. uicti a tito. ut refert **E**gippus. vi. li. de cladibus iudeoz. ubi dicit quod iudei uicti & capti a tito ducebantur per singulas ciuitates & ludibrium & obprobrium ante imperatores ligati & cathenati & diuersis contumeliis & iniuriis afficiebantur. **T**andem bestiis ferocissimis occidendi & uozandi tradebantur coram omnibus in ciuitatibus cunctis. per quas transitus imperatoris **V**espasiani filius uictor transibat. ut omnibus essent ludibrium & horrore. **S**ic in iudicio coram christo adducenent reprobi condemnandi

et illudendi & a tormentis infernalibus deorandi.

HD quartū scz utrū fortitudo sit uirtus dicendū q̄ scdm̄ phm̄ in .ii. Eth. Virtus est que bonū facit habentem & opus eius bonū reddit. Bonum autē hominis est scdm̄ rationē esse. Hm̄ dyo. ca. .iiii. de diuinis nominibus. Et ideo ad uirtutē humanā pertinet ut faciat hominē & opus eius scdm̄ rationē esse. Quod q̄ dem tripliciter contingit. Vno modo scdm̄ q̄ ipsa ratio rectificatur. quod fit p̄ uirtutes intellectuales. Alio modo scdm̄ q̄ ipsa rectitudo rationis in rebus humanis instituit. quod pertinet ad iusticiam. Tertio hm̄ q̄ tollunt impedimenta huius rectitudinis in rebus humanis. Dupliciter autē impeditur uolūtas humana ne rectitudinem rationis sequatur. Vno modo per hoc q̄ abstrahit ab aliquo delectabili ad aliud q̄z rectitudo rationis requirat. Et hoc impedimentū tollit uirtus temperantie. Alio modo per hoc q̄ uoluntatem repellit ab eo quod est scdm̄ rationem p̄pter aliquid difficile quod incumbit. Et ad hoc impedimentū tollendum requiritur fortitudo mentis. qua scz hm̄oī difficultatibus resistat. sicut et homo per fortitudinem corporalem impedimēta corporalia superat & repellit. Vnde manifestū est q̄ fortitudo est uirtus inquantū facit hominem hm̄ ratōem esse. Sciendū autē q̄ aliqui exteriorē uirtutis actū efficiunt. sicut habentes uirtutē. Ex alia tñ causa q̄z ex habitu uirtutis. Vnde phm̄ in .iiii. Eth. ponit quōz modos eoz qui similitudinariē dicuntur fortes quasi exercentes actum fortitudinis p̄ter uirtutē. Quod quidē contingit tripliciter. Primo quidē quia ferunt in id quod est difficile ac si non esset difficile. Qd̄ i tres modos diuiditur. Quōz enī hoc accidit p̄pter ignorantiam. quia scz homo non percipit magnitudinē periculi. Quōz autē hoc accidit p̄pter hoc q̄ homo ē bone spei ad pericula uincenda. puta cum expertus est se sepe pericula euasisse. Quōz autē hoc accidit p̄pter scientiā & artem quandā. sicut patet in militibus qui p̄pter periciam armorū & exercitiū non reputant grauiā pericula belli. estimantes se p̄ suā artem posse contē ea defendi. Sicut Vegetius dicit libro primo de re militari. nemo facē metuit. quod se bene didicisse confidit. Alio modo agit aliquis actū fortitudinis sine uirtute p̄pter impulsū passionis uel tristitiē quā uult repellere uel etiā ire. Tertio modo p̄pter electionem finis non quidē debiti sed alicuius temporalis cōmodi acquirendi. puta honoris. uoluptatis. uel lucri. uel alicuius incōmodi uitandī. puta uituperii uel damni uel afflictōnis.

HD quintū scz utrū fortitudo sit uirtus specialis. Dicendū q̄ sicut supra dictū est nomē fortitudinis dupliciter accipi potest. Vno modo hm̄ q̄ absolute importat quandā animi firmitatē. & hm̄ hoc est ḡnālis uirtus. uel potius conditio cuiuslibet uirtutis quia sicut phm̄ dicit in .ii. Eth. Ad uirtutē requiritur fir-

miter et immobiliter opari. Alio modo potest accipi fortitudo hm̄ q̄ importat firmitatē animi in sustinendis et repellendis hiis q̄bus maxime difficile est firmitatē habere scz in aliquibus periculis grauibus. Vnde Tullius dicit in sua rhetorica q̄ fortitudo est considerata periculoz susceptio & laborū perperessio. & sic fortitudo ponitur specialis uirtus. utpote materiaz determinatā habens. Sciendū autē hm̄ phm̄ i primo de celo & mundo. Nomen uirtutis refertur ad ultimum potentie. Dicitur autē vno modo potentia naturalis hm̄ quā aliquis potest resistere corūpētibus. Alio modo hm̄ quā est principiu agendi. ut patet in .v. Met̄. Et ideo quia hec acceptio est cōmuniōz. nomē uirtutis hm̄ q̄ importat ultimū talis potentie est cōmune. Nam uirtus cōmunit sumpta nihil aliud est q̄z habitus quo quis potest bene operari. Scdm̄ autē q̄ importat ultimū potentie p̄mo modo dicte. qui quidē est modus magis specialis attribuitur speciali uirtuti. Scilicet fortitudo fortitudini ad quā pertinet firmiter stare contē quecūqz impugnantia. Vnde Ambrosius in primo de officiis dicit. Non mediocri est anime fortitudo que sola defendit ornamenta uirtutum omnium & integra custodit. que in expugnabili priuilegio aduersus omnia uicia decertat. inuicta ad labores. fortis ad pericula rigidior aduersus uoluptates. auaritiā fugat tanquā labem quandā que uirtutē effeminat. Accipit autē hic Ambrosius fortitudinē large hm̄ q̄ importat animi firmitatē respectu quorūcūqz impugnantium. & tñ hm̄ q̄ ē specialis uirtus habens determinatā materiam coadiuuat ad resistendum impugnationibus omnium uitiozū. Qui enī potest firmiter stare in hiis q̄ sunt difficilia ad sustinendum. consequens ē q̄ sit idoneus ad resistendū aliis que sunt minus difficilia.

HD sextum scilicet utrū fortitudo sit circa timores & audacias. Dicendū q̄ sicut dictum est. ad uirtutem fortitudinis pertinet remouere impedimentum quo retrahitur uoluntas a sequela rationis. Quia aliquis retrahit ab aliquo difficili pertinet ad rationē timoris qui importat recessum quandā a malo difficultatem habente ut supra habitū est cum de passionibus ageretur. Et ideo fortitudo principaliter est circa timores difficultium rerum que retrahere possunt uoluntatem a sequela rationis. Oportet autē hm̄oī rerum difficultium impulsū non solū firmiter tolerare cobibēdo timorem. sed etiam moderate aggredi. quādo scilicet oportet ea exterminare ad securitatem i posterum habendā. quod uidetur pertinere ad rationē audacie. Et ideo fortitudo est circa timores & audacias quasi cobibētiua timorum & audaciarum moderatiua. Vnde Tullius dicit in sua rhetorica. q̄ ad fortitudinem pertinet susceptio periculorum & perperessio laborū. Sed quia res periculose. & actus laboriosi non retrahunt uoluntatem a uia rationis nisi inquantū

timetur. ideo oportet q̄ fortitudo sit immediate circa timores & audacias. mediate autē circa pericula & labores. sicut circa obiecta p̄dictarum passionum.

Ad septimū scilicet utrum fortitudo sit circa pericula mortis. Dicendū q̄ sicut dictū est. ad uirtutem fortitudinis pertinet ut uoluntatem hominis tueatur ne retrahatur a bonis rationis p̄pter timorem mortis uel mali corporalis. Oportet autē bonum rationis firmiter tenere contra quodcumq; malum. quia nullum bonum corpale equiualeat bono rationis. & ideo oportet q̄ fortitudo animi dicatur que firmiter retinet uoluntatem hominis in bono rationis contra mala maxima. quia qui stat firmus contra maiora. consequens est q̄ stet firmus contra minora. sed non cōuertitur. Et hoc etiā ad rationem uirtutis pertinet ut respiciat ultimū. Maxime autē terribile inter omnia corporalia mala est mors que tollit omnia corporalia bona. Vnde Augustinus dicit in libro de moribus ecclesie. q̄ uinculum corporis ne concutiatur atq; vexetur laboris atq; doloris ne auferatur atq; perimatur mortis terrore animā qua scit. Et ideo uirtus fortitudinis ē circa timores periculoꝝ mortis. Timor autē quia ex amore nascitur quecumq; uirtus moderatur timorē contrariorū bonorū. consequens est ut moderetur timorē contrariorū malorū. sic liberalitas q̄ moderatur amorem pecuniarū. p̄ consequens etiā moderatur timorem amissionis earū. Et idem apparet in temperantia & in aliis uirtutibus. Sed amare p̄p̄iam uitam est temporale uel naturale. Et ideo oportuit esse specialem uirtutem que moderetur timores mortis.

Ad octauū scilicet utrum fortitudo consistat p̄p̄ie circa pericula mortis que sunt in bello. Dicendum q̄ sicut dictū ē. fortitudo cōfirmat animū hominis contra maxima pericula que sunt pericula mortis. Sed quia fortitudo uirtus est ad cuius rationē pertinet q̄ se per tendat in bonum. consequens est ut hō pericula mortis nō refugiat p̄pter aliquod bonū persequendū. pericula autē mortis que est ex egritudine. uel ex tempestate maris. uel ex incursu latronum. uel si qua alia sunt hōi nō videntur directe alicui imminere ex hoc q̄ p̄sequat aliquod bonū. sed pericula mortis q̄ ē in bellis directe imminēt homini p̄pter aliquod bonum cōmune inquantū se defendit bonū cōmune per iustum bellum. Potest autē esse iustum bellum dupliciter. Vno modo ḡnale. sic cum aliqui decertant in acie. Alio modo particulare. puta cum aliquis iudex uel etiā priuata persona non recedit a iusto iudicio timore gladii imminētis. uel cuiuscunq; periculi etiam si sit mortiferum. Pertinet ergo ad fortitudinem firmitatē animi prebere contra pericula mortis non solum que imminēt in bello cōmuni. sed etiā que imminēt imparticulari in pugnatione que cōmuni nomine bellū p̄cipi potest. & h̄m hoc concedendum est q̄ for-

titudo p̄p̄ie est circa pericula mortis que est in bello. Sed circa pericula cuiuscunq; alteri⁹ mortis fortis bene se habet. p̄sertim quia etiā cuiuslibet mortis homo potest periculum subire p̄pter uirtutem. puta cum aliquis nō refugit amico infirmanti obsequi p̄pter timorē mortis infectōnis. uel cum non refugit itinera ri ad aliquod p̄m negocium p̄sequendum p̄pter timorem naufragii uel latronum.

Ad nonū scilicet utrum precipuus actus fortitudinis sit sustinere. Dicendū q̄ sic philosophus dicit in .iii. Eth. Fortitudo magis ē circa timores reprimendos. q̄ circa audacias moderandas. difficilius enī est timorē rep̄me q̄ audaciā moderari. eo q̄ ip̄m periculū quod est obiectum audacie & timoris de se confert aliquid ad repressionē audacie. sed opatur ad augmentū timoris. Aggredi autē pertinet ad fortitudinem h̄m q̄ moderatur audaciā. sed sustinere sequit̄ repressionem timoris. & ideo principalior actus fortitudinis est sustinere imobilitate id est sistere in periculis q̄ aggredi. Difficilius enī est sustinere q̄ aggredi triplici ratione. Primo quidē. quia sustinere uidet̄ aliquis ab aliquo inuadente. Qui autē aggreditur. inuadit per modum fortioris. Difficilius autē est pugnare cum fortiori q̄ cum debiliori. Secūdo. quia ille qui sustinet iam sentit pericula imminētia. ille autē aggreditur ea quasi futura. Difficilius autē est non moueri a presentibus q̄ a futuris. Tercio quia sustinere importat diurnitatē temporis. sed aggredi potest aliquis ex subito motu. Difficili⁹ autē est diu manere immobiles q̄ subito motu moueri ad aliquid arduū. Vnde P̄bus dicit in .iiii. Eth. Quidā sunt p̄uolantes ante pericula. in ip̄is autē discedunt. fortes autē ecōtrario se habent.

Ad decimū scilicet utrum fortis habeat delectationem in actu suo. Dicendū q̄ duplex est delectatio. Vna quidē corporalis. que cōsequitur actum corpalem. Alia autē aīalis que cōsequitur apprehensionē anime. & hoc modo p̄p̄ie cōsequitur opera uirtutum. quia in eis consideratur bonum rationis. Principalis uero actus fortitudinis est sustinere aliqua tristitia h̄m apprehensione anime. puta q̄ homo amittit corporalem uitā quā uirtuosus amat non solum inquantū est quoddam bonū naturale sed etiā inquantū est necessaria ad opera uirtutū etiā que ad eam pertinent. Et iterū sustinere aliqua dolorosa h̄m tactū corporis. puta flagella & uulnera. Et ideo fortis ex vna parte habet delectationē vñ delectat̄ sc̄ delectationem aīalem scilicet de ip̄o actu uirtutis et de fide eius. Ex alia uero parte habet unde doleat. dum considerat amissionē p̄p̄ie uite corporalis. Vnde legit̄ .ii. Mach. vi. eleazarus dixit. Diros corporis sustineo dolores. h̄m animam uero p̄pter timorem tuū libenter hec patior. Sensibilis autē dolor corporis facit non sentiri animalē dilectionē uirtutis. nisi forte p̄pter abundantem dei gratiam. que fortius eleuat

animam ad diuina in quibus delectatur quod corporalibus penis afficiatur. Sicut beatus Tyburcius cum super carbones incensos nudis plantis incederet dixit quod uidebat sibi super roseos flores ambulare. Facit tamen uirtus fortitudinis ut ratio non absorbeat a corporalibus doloribus. Tristitia uero animalis superat delectatio uirtutis in quantum homo preferit bonum uirtutis corporalis uite. & quibuscumque ad eam pertinet. Et ideo philosophus dicit in iii. Ethicorum quod a forti non requiritur ut delectetur quasi delectatione sentiens. sed sufficit quod non tristetur. Vehementia enim actus uel passionis unius potentie impedit aliam potentiam in suo actu. & ideo per dolorem sensus impeditur mens fortis ne in propria operatione delectatione sentiat. licet enim opera uirtutum sint delectabilia precipue propter finem. possunt tamen ex sui natura esse tristitia. & precipue hoc contingit in fortitudine. Unde philosophus dicit in iii. Ethicorum quod non in omnibus uirtutibus operari delectabiliter existit preter in quantum finem attingit. sed quia dolor corporalis est sensibilior. & apprehensio sensitua magis est homini in manifesto inde est quod a magnitudine corporalis doloris quasi euanescit delectatio spiritualis que est de fine uirtutis.

Ad undecimum scilicet utrum fortitudo maxime consistat in repentinis. Dicendum quod in operatione uirtutis duo sunt consideranda. Unum quidem quantum ad electionem ipsius. & sic fortitudo non est circa repentina. Eligit enim fortis premeditari pericula que possunt imminere ut eis resistere possit. aut facilius ea ferre. Quia ut Gregorius dicit in quadam omelia. Iacula que preuident minus feriunt & nos mala mundi facilius ferimus. si contra ea clipeo prescientie premunimur. Aliud uero considerandum est in operatione fortitudinis quantum ad manifestationem uirtuosi habitus. & sic fortitudo maxime est circa repentina. quia secundum philosophum in iii. Ethicorum. In repentinis periculis maxime manifestatur habitus fortitudinis. Habitus enim agit in modum nature. unde quod aliquis absque premeditatione faciat ea que sunt uirtutis cum necessitas imminet propter repentina pericula hoc maxime manifestat quod sit fortitudo habitualiter in anima confirmata. Potest autem aliquis etiam qui habitu fortitudinis caret ex diuturna premeditatione animum suum contra pericula preparare qua preparatione etiam fortis utitur cum tempus adest.

Ad duodecimum scilicet utrum fortis utatur ira in suo actu. Dicendum quod de ira et aliis anime passionibus sicut supradictum est aliter locuti sunt peripatetici & aliter stoici. Stoici enim & iram & alias anime passiones ab animo sapientis siue uirtuosi excludebant. Peripatetici uero quorum princeps fuit Aristoteles. iram & alias anime passiones attribuebant uirtuosis. sed moderatas ratione. & forte quantum ad rem non differant. sed solum quantum ad modum loquendi. Nam peripatetici omnes motus appetitus sensitui qualitercumque se habentes passiones anime

nominebant ut supra habitum est. Et quia appetitus sensituius mouetur per imperium rationis ad hoc quod cooperetur ad promptius agendum. idcirco ponebant iram & alias anime passiones assumendas esse a uirtuosis moderate secundum imperium rationis. Stoici uero uocabant passiones anime immoderatas quosdam affectus appetitus sensitui. Unde notabant eos egritudine uel morbos. & ideo penitus eos a uirtute sepebant. Sic ergo iram moderatam assumit fortis ad suum actum. non autem iram immoderatam. Cum autem fortitudo sicut dictum est habeat duos actus. scilicet sustinere & aggredi non assumit iram ad actum sustinendi. quia tunc actus sola ratio per se facit. sed ad actum aggrediendi ad quem magis assumit iram quam alias passiones quia ad iram pertinet insilire in rem contristatam. & sic directe cooperatur fortitudini in aggrediendo. Tristitia autem secundum propriam rationem subumbit nocuo sed per accidens coadiuuat ad aggrediendum. uel in quantum tristitia est causa ire ut supradictum est. uel in quantum aliquis periculo se exponit ut tristitia fugiat. Similiter etiam concupiscentia secundum propriam rationem tendit in bonum delectabile cui per se repugnat aggressio periculo. sed per accidens quoniam coadiuuat ad aggrediendum in quantum aliquis potius uult in pericula incidere quam delectabili carere. Et ideo philosophus dicit in iii. Ethicorum quod inter fortitudines que sunt ex passione. naturalissima esse uidetur que est per iram. & accipiens electionem & cuius gratia scilicet debetur finem fortitudo fuit uera.

Ad tredecimum scilicet utrum fortitudo sit uirtus cardinalis. Dicendum quod Gregorius xxii. morum. & Ambrosius super lucam. et Augustinus in libro de moribus ecclesie numerant fortitudinem inter quatuor cardinales seu principales uirtutes. quia sicut dictum est uirtutes cardinales seu principales dicuntur que precipue sibi uendicant id quod pertinet communiter ad uirtutes. Inter alias autem communes uirtutis conditiones una ponitur firmiter operari. ut patet in ii. Ethicorum. Laudatur autem firmitatis potissime sibi uendicat fortitudo. Tanto enim magis laudatur qui firmiter stat. quanto habet grauius impellens ad cadendum uel retrocedendum. Impellit autem hominem ad descendendum ab eo quod est secundum rationem & bonum delectans & malum affligens. sed grauius impellit dolor corporis quam uoluptas. Dicit enim Augustinus in libro lxxxiii. questionum. Nemo est qui non magis dolorem fugiat quam affectet uoluptatem. Quoniam quidem uidemus etiam immanissimas bestias et maximas uoluptatibus deditas exterreri dolore motu uel metu. & inter dolores animi & pericula maxime timentur ea que ducunt ad mortem. contra que firmiter stat fortis. Unde fortitudo est uirtus cardinalis.

Ad quartumdecimum scilicet de comparatione eius ad alias uirtutes. Dicendum quod sicut Augustinus dicit in vi. de trinitate. In hiis que non mole magna sunt idem est esse maius quam melius. Unde tanto aliquis uirtus maior est. quanto melior est. bonum autem

rationis est hominis bonus sicut Dionysius. iiii. ca. de diuinis nominibus. Hoc autem bonum essentialiter quidem habet prudentia que est perfectio rationis. Iusticia autem est huius boni factiua sed quantum ad ipsam pertinet ordinem rationis ponere in omnibus rebus humanis. Alie autem virtutes sunt conseruatiue huius boni. inquam sed moderantur passiones ne abducant hominem a bono rationis. Et in ordine hanc fortitudo tenet locum precipuum. quia timor periculorum mortis maxime efficax est ad hoc quod homines faciat recedere a bonis rationis postquam ordinem temperantia. quia etiam delectationes tactus maxime inter cetera impediunt bonum rationis. Illud autem quod essentialiter dicitur potius est eo quod dicitur effectiue. & hoc etiam potius est eo quod dicitur conseruare sicut remotionem impediendi. Vnde inter virtutes cardinales prudentia est potior. secunda iusticia. tertia fortitudo. quarta temperantia. et post has cetera virtutes.

DE MARTYRIO. DI. LXXXI.

Demum considerandum est de martyrio. Et primo utrum martyrium sit actus uirtutis. Secundo de perfectione eius. Tertio de pena martyrii utrum sit mors sit de ratione martyrii. Quarto de causa martyrii.

Ad primum sed utrum martyrium sit actus uirtutis. Dicendum quod sicut dictum est ad uirtutes pertinet quod aliquis in bono rationis conseruetur. Consistit autem bonum rationis in ueritate sicut in proprio obiecto. & iusticia sicut in proprio effectu. sicut ex supradictis patet. Pertinet autem ad rationem martyrii ut aliquis firmiter stet in ueritate & iusticia contra persequentium impetus. Vnde manifestum est quod martyrium est actus uirtutis. Cum autem actus uirtutis sit uoluntarius. dixerunt quidam quod innocentibus occisis pro christo quos ut ueros martyres ecclesia ueneratur. acceleratus est miraculose usus liberi arbitrii. ita quod uoluntarie martyrii passi sunt. sed quia hoc per auctoritatem scripture non comprobatur. ideo melius dicendum est quod martyrii gloriam quam in aliis propria uoluntas meretur. illi paruuli occisi per dei gratiam sunt assecuti. Nam effusio sanguinis pro christo uicem gerit baptismi. Vnde sicut pueris baptizatis per gratiam baptismi meritum christi operatur ad gloriam obtinendam. ita in occisis pro christo meritum martyrii christi operatur ad palmam martyrii consequendam. Vnde Augustinus dicit in quodam sermone de epyphania quasi eos alloquens. Ille de nostra corona dubitabit in passione pro christo. qui paruulus baptismum perdesse non estimat christi non habebatis etatem qua impassurum christum credere. sed habebatis carnem in qua pro christo passuro passionem sustineretis. De illis autem qui seipos occidisse leguntur. sicut dicit Augustinus. primo de ciuitate dei. quod quedam sancte femine tempore persecutionis ut insectatores sue pudicitie deuitarent. se in flumibus deiecerunt. eorum modo defuncte sunt. earumque martyria in catholica ecclesia ue-

neratione celeberrima frequentantur. Dicendum sicut Augustinus dicit ibidem possibile esse quod aliquibus fide dignis testificationibus diuina persuasit auctoritas ecclesie. ut dictarum sanctarum memoriam honoraret. Cuius autem uirtutis sit actus martyrii. dicendum. Precipue dici debet actus fortitudinis. quia sicut ex supradictis patet ad fortitudinem pertinet ut confirmet hominem in bonum uirtutis contra pericula & precipue contra pericula mortis. & maxime eius qui in bello est. Manifestum est autem quod in martyrio homo firmiter confirmatur in bono uirtutis. dum fidem & iustitiam non deserit propter imminenti pericula mortis. que etiam in quodam certamine particulari a persecutoribus imminet. Vnde Ciprianus dicit in quodam sermone uidit admirabile presentium multitudo celeste certamen. & in prelio stetit seruus christi uoce libera. mente incorrupta. uirtute dominica. Vnde manifestum est quod martyrium est fortitudinis actus. Et propter hoc de martyribus legit ecclesia. fortes facti sunt in bello. In actu tamen fortitudinis duo sunt consideranda. quorum unum est bonum in quo fortis firmatur. & hoc est fortitudinis finis. Aliud est ipsa firmitas qua quis non cedit contrariis prohibentibus ab illo bono. & in hoc consistit essentia fortitudinis. Sic autem fortitudo ciuilis firmat animum hominum in iusticia humana. propter cuius obseruationem mortis pericula sustinet. ita etiam fortitudo gratuita firmat animum hominum in bono iusticie dei que est per fidem in christo. ut dicitur Romanorum. iiii. Et sic martyrium comparatur ad fidem sicut ad finem in quo aliquis firmatur. Ad fortitudinem autem sicut in habitum elicientem. Ad actum etiam martyrii inclinatur caritas. sic principium principale motuum per modum uirtutis imperantis. Fortitudo autem sicut motuum proprius per modum uirtutis elicientis. Et inde etiam est quod martyrium est actus caritatis ut imperantis. fortitudinis autem ut elicientis. et inde est quod uirtutem etiam uirtutem manifestat. Quod autem sit meritorium. habet ex caritate sicut & quicumque uirtutis actus. Et ideo sine caritate non ualere item principalior actus fortitudinis est sustinere sicut dictum est. ad quem pertinet martyrium. non autem ad secundarium actum eius. quod est aggredi. Et quia patientia deseruit fortitudini ex parte actus principalis qui est sustinere. Inde est quod concomitanter in martyribus patientia commendatur.

Ad secundum sed utrum martyrium sit actus maxime perfectionis. Dicendum quod sicut dicit Augustinus in libro de uirginitate. Prefertur martyrium uirginitati que ad perfectionem pertinere uideatur. Sciendum autem quod de aliquo actu uirtutis loqui possumus dupliciter. Vno modo secundum speciem actus ipsius potest comparari ad uirtutem proximam elicientem ipsum. et sic non potest esse quod martyrium quod consistit in debita tolerantia mortis sit perfectissimus inter uirtutis actus. quia tolerare mortem non est laudabile sicut se. sed solum sicut quod ordinatur ad aliquod

bonum quod consistit in actu virtutis. puta ad fidem & dilectionem dei. Vnde ille actus virtutis cum sit finis melior est. Alio modo potest considerari actus virtutis secundum quod comparatur ad primum motuum. quod est amor caritatis. & ex hac parte precipue aliquis actus habet quod ad perfectionem vite pertineat. Quia ut apostolus dicit ad Collo. iii. Caritas est vinculum perfectiois. Martyrium autem inter omnes actus virtuosos maxime demonstrat perfectionem caritatis. quia tantomagis ostendit aliquis aliquam rem amare quanto pro ea rem magis amatam contemnit. & rem magis odiosam eligit pati. Manifestum est autem quod inter omnia alia bona presentis vite maxime amat homo ipsam vitam. & contrario maxime odit ipsam mortem. & precipue cum doloribus corporum tormentorum quorum metu etiam bruta animalia a maximis voluptatibus absterrentur. ut Augustinus dicit in libro. lxxxiii. q. Et secundum hoc patet quod martyrium inter ceteros actus humanos est perfectior secundum suum genus quod est maxime caritatis signum. secundum illud. Iob. xv. Maiorem caritatem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Martyrium etiam amplexatur id quod esse potest summum in obedientia. ut scilicet aliquis obediens sit usque ad mortem. sicut de christo legitur quod factus est obediens usque ad mortem. Vnde patet quod martyrium secundum se est perfectius quam obedientia absolute dicta. Licet per obedientiam dicatur homo dare animam suam deo. & per martyrium corpus. Propter quod Gregorius dicit. ultimi mortis. quod obedientia cunctis martyriis preferatur. quia pro martyrio non solum datur corpus suum deo. verum etiam animam multo perfectius quam per obedientiam circa mortem. Vnde. i. Petri. iii. Qui patiuntur propter voluntatem dei. fidei creatori commendat animam suam.

Ad tertium scilicet utrum mors sit de ratione martyrii. Dicendum quod sicut dictum est martyr dicitur quasi testis fidei christiane pro qua nobis visibilia pro invisibilibus contemnenda proponuntur ut dicitur Hebr. xi. Ad martyrium ergo pertinet ut homo testificetur fidem. se opere ostendens temporalia cuncta despiciere ut ad futura et invisibilia bona perveniat. Quoad autem homini remanet vita corporalis. nondum opere se ostendit temporalia cuncta despiciere. Consueverunt enim homines consanguineos & omnia bona possessa contemnere. & etiam dolores corporis pati ut vitam conferrent. Vnde & sathan contra Iob induxit. Pelle pro pelle. et cuncta que homo habet dabit pro anima sua & pro vita corporali. Et ideo ad perfectam rationem martyrii requiritur quod aliquis mortem sustineat propter christum. Fortitudo enim principaliter consistit circa pericula mortis. Circa alia autem consequentia. Et ideo nec martyrium proprie dicitur pro sola tolerantia carceris vel exilii vel rapine vel divitiarum. nisi forte secundum quod ex hiis sequitur mors.

Ad quartum scilicet utrum sola fides sit causa martyrii. Dicendum quod sicut dictum est. martyres dicuntur quasi testes quia scilicet corporali

bus suis passionibus usque ad mortem testimonium prebent veritati. non cuicumque sed veritati que secundum pietatem est que pro christo nobis innotuit. Vnde et martyres christi dicuntur quasi testes ipsius. Homo autem est veritas fidei. Et ideo cuiuslibet martyrii causa est fidei veritas. Sed ad fidei veritatem non solum pertinet ipsa credulitas cordis. sed etiam exterior prestantio. Que quidem fit non solum per verba quibus confitetur fidei. sed per facta quibus aliquis fidei se habere ostendit. Secundum illud. Iacobi. ii. Ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Vnde et de quibusdam dicitur Tyti. i. Confitentem se nosse deum. factis autem negat. Et ideo omnium virtutum opera secundum quod referuntur in deum. sunt quedam prestantiones fidei pro quas nobis innotescit quod deus homini opera a nobis requirit. & nos pro eis remunerat. et secundum hoc possunt esse martyrii causa. Vnde & beatus Iohannes baptiste martyrium in ecclesia celebratur. qui non pro neganda fide. sed pro reprehensione adulterii mortem sustinuit.

DE TIMORE. DIST. LXXXII.

Demum considerandum est de vitiis oppositis fortitudini. Et primo de timore. Secundo de intimitate. Tertio de audacia. Circa primum consideranda sunt quatuor. Primo utrum timor sit peccatum. Secundo utrum opponatur fortitudini. Tertio utrum sit peccatum mortale. Quarto utrum excuset vel diminuat peccatum.

Ad primum scilicet utrum timor sit peccatum. Dicendum quod aliquid dicitur esse peccatum in actibus humanis propter inordinationem. Nam bonum actus humani in ordine quodam existit ut ex supra dictis patet. Est autem hic debitus ordo ut appetitus regimini rationis subdatur. ratio autem dicitur aliqua esse fugienda & aliqua esse persequenda. & inter fugienda quedam dicitur esse se magis fugienda quam alia. Et similiter inter persequenda quedam dicitur esse magis persequenda quam alia. & in quantum bonum est persequendum. tantum est aliquod oppositum malum fugiendum. Inde est quod ratio dicitur quedam bona esse magis persequenda. quam quedam mala fugienda. Quia ergo appetitus fugit ea que non dicitur esse sustinenda ne desinat ab aliis que magis persequi debet. timor inordinatus est. & habet rationem peccati. Quando vero appetitus timendo refugit id quod est secundum rationem fugiendum. tunc appetitus non est inordinatus nec peccatum. Sciendum tamen quod timor communiter dicitur secundum suam rationem importat uniuersalem fugam. Vnde quantum ad hoc non importat rationem boni vel mali. & similiter etiam est de qualibet alia passione. Et ideo philosophus dicit quod passiones non sunt laudabiles neque vituperabiles. quia scilicet non laudantur neque vituperantur qui irascuntur vel timent. sed qui circa hoc aut ordinate aut inordinate se habent. Item mala quibus non potest homo resistere. & ex quorum sustentatione nullum bonum pervenit homini. ratio dicitur esse fugienda. Et ideo timor talium non est peccatum. Vnde dicitur

Phys. iii. **E**th. Eric aliquis insanus uel sine se
tu doloris si nihil timeat neq; terre motuz neq;
q; inundationes.

Ad scdm scilicet utrum pctm timoris oppo
natur fortitudini. Dicendum q; sicut di
ctum est supra. omnis timor ex amore pcedit
Nullus eni timet nisi conerariu eius qd amat
Amor aut non determinatur ad genus uirtu
tis uel uicii. Sed amor ordinatus includit in
qualibet uirtute. quilibet eni uirtuosus amat
pprium bonum uirtutis. Amor autem inordi
natus includit in quolibet pcto. ex amore eni in
ordinato pcedit inordinata cupiditas. Vnde
similiter inordinatus timor includitur in quo
libet pcto. sicut auarus timet amissionem pe
cunie. intemperatus amissionem uoluptatis.
& sic de aliis. s; timor precipuus est periculoz
mortis. ut pbatur in. iii. **E**th. & ideo talis timo
ris inordinatio opponit fortitudini que e cir
ca pericula mortis. Propter hoc anthonomasti
ce dicitur timiditas fortitudini opponi.

Ad tertium scilicet utrum sit pctm mortale.
Dicendum q; sicut dictuz est. timor pctm
est hm q; e inordinatus. put scz refugit qd no
est hm roem fugiendum. Hec aut inordinatio
timoris qnq; quidem consistit in solo appeti
tu sensitiuo non supueniente consensu ratio
nalis appetitus. & sic non potest esse peccatu
mortale. sed solum ueniale. Quadoq; uero hu
iusmodi inordinatio timoris pertingit usq; ad
appetitum rationale. q; dicit uoluntas. q; ex libe
ro arbitrio refugit aliqd no hm roem. & talis i
ordinatio timoris qnq; e pctm mortale qnq; uei
ale. Si eni aliqs ppt timore quo refugit picu
lu mortis uel qocunq; aliud tpale malu sic di
spositus e ut faciat aliqd phibitu. uel ptermi
tat aliqd qd e pceptuz i lege dina. talis timor est
pctm mortale. alioqn erit pctm ueiale.

Ad qrtu scz utrum timor excuset a pcto. Dico
du q; sic supdictu e timor intm her roem
pcti. in qntu e cont ordinē rois. Ratio autē iu
dicat qdaz mala esse magis aliis fugienda. Et
ideo qcuq; ut fugiat mala q; sūt hm roem ma
gis fugienda no refugit mala que sūt hm roem
min⁹ fugienda. no e pctm. Sic magis e fugien
da mors corpalis. q; amissio rez. Vn si qs pro
pt timore mortis latronib⁹ aliqd pmitteret aut
daret. excusaret a pcto qd icurreret si sine
causa legitima ptermisiss bonis qb⁹ eet magis
dandū pctorib⁹ largiret. Si aut aliqs ppt timo
re fugiens mala q; hm roem sūt min⁹ fugienda.
icurrat mala q; hm roem sūt magis fugienda.
no posset totalit a pcto excusari. q; timor tal m
ordinatus eet. Sūt autē magis timēda mala aie
q; mala corpis. & mala corpis q; mala exteriorū
rez. Et ideo si qs icurrat mala aie. i. peccata
fugiēs mala corpis. puta flagella uel mortem
aut mala exteriorū rez. puta damnū pecunie.
aut si sustineat mala corpis ut uicee damnuz
pecunie. no excusat totalit a pcto. diminuit tñ
hm aliqd ei⁹ pctm. q; min⁹ uoluntariū e. q; ex
timore agit. Imposi eni hoī qdā nēitas aliqd fa

ciēdi ppt iminentē timore. Vno phus i. x. **E**th.
Que timore fiūt dicit eē nō simplicit. uoluntaria.
s; mixta ex uoluntario & iuoluntario.

DE INTIMIDITATE

Deinde cōsiderandū est de intimidati
tate. Et pmo utrum timidū eē sit
pctm. Secdo utrum oppōat fortitudi
Ad p̄mū scz utrum timiditas sit pctm. Dicē
du q; qz timor ex amore nascit. idē iudiciuz
uideēt esse de amore & de timore quo mala tpa
lia timēt q; pueit ex tpaliū bonoz amore. Iu
diciū aut e vniciūq; naturaliter ut ppam uitā
amet. & ea q; ad ipam ordināt. Debito tñ mō
ut scz amēt hmōi nō qsi finis cōstituat i eis. s;
hm q; utendū e eis ppter ultimū finē. Vn q;
aliqs deficiat a debito modo amoris ipsoz est
contra naturalem inclinatioem. & per conse
quēs e pctm. Nunq; tñ a tali amore totaliter
aliquis decedit. quia id qd e nate totaliter per
di non potest. Propter qd ap̄lus. dicit. ad **E**ph
v. Nemo unq; carnē suā odio habuit. Vn etiā
illi q; seip̄os iterimūt ex amore carnis sue hoc
faciūt. qz uolūt a p̄sentibus angustiis liberari
Vn cōtingē pōt q; aliqs minus q; debeat tē
at mortē & alia tpalia mala. ppter h q; minus
debito amet ea. Sed q; nihil hoīz tēat. nō pōt
ex totali defectu amoris cōtingē. s; ex eo estiat
mala opposita boīs q; amat sibi supueire n̄ pos
se. Quod qnq; cōtingit ex supbia anī de se p̄
sumētis & alios cōtemnētis. hm quod dicitur.
Iob. xli. Factus e ut nullū timeret. omē sublie
uideēt. Qnq; aut cōtingit ex defectu rōnis. sic
phus dicit in. iii. **E**th. q; celte ppter stultitiam
nil timēt. Vn patet q; esse impaidū est uiti
osum. siue causeēt ex defectu amoris. siue cau
seēt ex elatione aī. siue causeēt ex stoliditate. q;
tñ excusat a pcto si sit iuincibilis.

Ad hm scz utrum ipaiduz eē oppōat fortit
tudini. Dicendū q; sic supdictū e. fortitu
do e ēca timores & audacias. Oīs aut utul moza
lis ponit modū rōis i materia ēca quā est. Vn
ad fortitudiez p̄ter timor modēatus hm roem.
ut scz hō tēat quod oportet. & qū dz. & silitet
de aliis hmōi. Hic aut motus rōis corūpū pōt
sic excessū timoris. ita p defectuz. Vn sic timi
ditas opponit fortitudini p excessū timoris scz i
q̄tuz hō tēat quod nō oportet. ul hm quod n̄
oportet. ita etiā ipaiditas oppōit ei p defectū
timoris i q̄tū scz n̄ tēat aliqs quod oportet timē.

DE AUDACIA.

Deinde cōsiderandū est de audacia
Et pmo utrum audacia sit pctm. Se
cudo utrum oppōat fortitudini.
Ad p̄mū scz utrum audacia sit pctm. Dicē
du q; audacia e passio qdā. passio aut qnq;
qdē e moderata hm roem. qnq; autē caret mō
rōis uel p excessū uel p defectū. Et hm hoc pas
sio e uitiosa. Sumūē aut qnq; noīa passiois a
supabūdanti. sic ira dicit nō qcuq; s; supabū
dās. put scz e uitiosa. et h etiā mō audacia per
supabūdantiā dicta ponit esse pctm.

Ad hm scz utrum audacia oppōat fortitudi.

Dicendum quod sic dictum est. ad uirtute morale per
tinet modum rationis obviare in materia eadem quam est.
Et ideo omne uirtutum quod immoderatum immoderatum circa
causam materiam alicuius uirtutis moralis opponitur illi uir-
tuti morali. sic immoderatum modum. Audacia
autem homini quod sonat in uirtute immoderatum excessum pas-
sionis quam audacia dicitur. Unde manifestum est quod oppo-
nitur uirtuti fortitudinis quam est eadem rationes & audacia
as ut supradictum est.

**DE PARTIBVS
FORTITVDINIS IN GENERALI.
DISTINCTIO. LXXXIII.**

Demum considerandum est de partibus forti-
tudinis. Et primo in generali. Secundo de sin-
gulis eorum in specialibus. Circa primum sci-
endum quod Tullius ponit in rhetorica
sua quatuor partes fortitudinis scilicet magnificenti-
am. Patientiam. et perseuerantiam. Macrobius au-
tem ponit septem partes fortitudinis scilicet. Magnani-
mitatem. Fiduciam. Constantiam. Securitatem. Mag-
nificenti-
am. Tolerantiam. Firmitatem. Ad cuius eu-
identiam considerandum est quod sic supradictum est. alicuius
uirtutis partes esse triplices partes scilicet subiectiue & in-
tegrales et potestiales. Fortitudinem autem homini quod est
specialis uirtus non possunt assignari partes subie-
ctiue. eo quod non diuiditur in multas uirtutes spe-
cie differentes. quia est circa materiam ualde specia-
lem. Assignantur autem ei partes quasi integrales et pote-
stiales. Integrales quidem sunt ea que oportet concurrere
ad actum fortitudinis. Potestiales autem sunt ea que
fortitudo obseruat circa difficillima scilicet pericula
mortis. Alique autem alie uirtutes obseruant circa
materias quasdam alias minus difficiles. Que que
dem uirtutes adiunguntur fortitudini. sicut secun-
darie principali. Est autem sicut supradictum est du-
plex fortitudinis actus scilicet aggredi. & sustinere.
Ad actum autem aggrediendi duo requiruntur. Quo-
rum primum pertinet ad animi preparationem. ut scilicet ali-
quis promptum animum habeat ad aggrediendum.
& quantum ad hoc ponit Tullius fiduciam. Unde
dicitur quod fiducia est per quam magnis & honestis
rebus multum ipse animus in se fiducie cum spe
collocauit. Secundum autem pertinet ad operis persecutio-
nem. ne scilicet aliquis deficiat in executione illo-
rum que fiducialiter inchoauit. & quantum ad hoc
ponit Tullius magnificenti-
am. Unde dicitur quod ma-
gnificenti-
a est rebus magnis & excelsis cum animo
ampla quedam & splendida propositione cogita-
tio atque administratio id est executio. ut scilicet ani-
mo proposito administratio non desit. Hec igitur duo
si coarcentur ad propriam naturam fortitudinis scilicet
certum ad pericula mortis erunt quasi partes integrales
ipsius. sine quibus fortitudo esse non potest. Si
autem referantur ad aliquas alias materias in quibus
est minus difficultatis erunt uirtutes distincte
a fortitudine homini sua spiritum. tamen adiunguntur ei si-
cut secundarie principali. Sicut magnificenti-
a primo in. Et hoc ponitur circa magnos sumptus
Magnanimitas autem que uidetur esse idem fiducie
circa magnos honores. Ad alium autem actum forti-
tudinis que est sustinere. duo requiruntur. Quorum pri-
mum est ne difficultate imminentium malorum ani-
mus frangat per tristitiam. & decidat a sua mag-

nitudine. & quantum ad hoc ponit patientiam.
Unde dicitur quod patientia est honestas aut utilitas
causa rebus arduis ac difficilibus uoluntaria ac diu-
turna prope passio. Aliud est autem ut ex diuturna dif-
ficiliu passione homo non fatigetur usque ad hoc quod
desistat. sicut illud. Heb. xii. Non fatigemini ani-
mis uestris deficientes. Et quantum ad hoc ponit
perseuerantiam. Unde dicitur quod perseuerantia est in
ratione bene considerata stabilis & perpetua perma-
nentia. Hec etiam duo si coarcentur ad propriam mate-
riam fortitudinis. erunt partes quasi integrales ipsius.
Si autem ad quaslibet materias difficiles refe-
rantur. erunt uirtutes a fortitudine distincte. et
tamen ei adiunguntur sicut secundarie principali. Ma-
crobius autem ponit quatuor predicta a Tullio po-
sita scilicet fiduciam. magnificenti-
am. tolerantiam. quam
ponit loco patientie & firmitatem. quam ponit lo-
co perseuerantie. Supradedit autem tria. quorum duo
scilicet magnanimitas. & securitas a Tullio sub fi-
ducia comprehenduntur. Sed Macrobius magis di-
stinguit per specialia. Nam fiducia immoderata spem ho-
minis ad magna. spes autem cuiuslibet rei presuppo-
nit appetitum in magna presentia per desiderium.
quod pertinet ad magnanimitatem. Dicitur est autem sup-
er spes presupponit amorem & desiderium rei spe-
ciale. Vel melius potest dici quod fiducia pertinet ad fi-
dei certitudinem. magnanimitas autem ad magnitu-
dinem rei sperate. spes autem firma esse non potest. nisi
si amoueat contrarium. Quis enim aliquid quantum
ex seipso est speraret aliquid. sed spes tollitur per im-
pedimentum timoris. timor autem quodammodo spei con-
trariatur ut supra habitum est. Et ideo Macrobius
addit securitatem que excludit timorem. Tertium autem
addit scilicet constantiam que sub magnificenti-
a comprehenditur. Oportet enim in hiis que magnifice aliquid
facit. constantem animum habere. Et ideo Tullius dicit
ad magnificenti-
am pertinere non solum administratio-
nem rerum magnarum. sed etiam animi amplam excogitatio-
nem ipsarum. Potest autem constantia ad perseuerantiam
pertinere. ut perseuerans dicatur aliquid. ex eo quod non
desistit propter diuturnitatem. Constantis autem ex
eo quod non desistit propter quicquam alia repugnan-
tia. Aduertendum est autem quod magnificenti-
a que uidetur esse circa pecunias sicut & liber alitas. unde
necesse est magnificenti-
am liberalitatem esse. sicut dicitur phi-
losophus. iii. Eth. uidetur esse pars iustitie non
fortitudinis. Sed magnificenti-
a circa materiam
liberalitatis addit quendam magnitudinem que pertinet
ad rem arduam. quod est obiectum irascibilis. Quam
perficit principaliter fortitudo. & ex hac parte pertinet
ad fortitudinem. Item sciendum quod spes & confiden-
tia dicitur. quia spes que quis confidit de deo ponitur uir-
tus theologica. sed per fiduciam que ponitur pars forti-
tudinis. homo habet spem in seipso. tamen sub deo. Et
sciendum quod licet magnificenti-
a & fiducia de sui
ratione non immoderentur aliquid habitudine ad pericula.
tamen quaslibet res magnas aggredi uidetur esse pericu-
losum. pro eo quod in hiis deficere est ualde nocuum. Itaque
si magnificenti-
a & fiducia circa quecumque magna
operanda uel aggredienda ponantur. habent affinitatem
cum fortitudinis ratione periculi imminentis. Et sciendum
quod patientia in quantum est circa pericula mortis. sic ponitur

esse pars integralis fortitudinis. Inquantū vero ē circa alia quicūque difficilia uel piculosa. sic ponit esse uetus adiuncta fortitudini. **U**terius nota quod pfeuerantia hinc quod dicit cōtinuitatem boni opis usque in finē. sic ē circūstantia cuiuslibet uirtutis. **S**ed pars fortitudinis ponit eo modo dictū ē. **P**reterea phus in .iii. Eth. ponit quod quod mos fortitudinis. Quare prima ē politica quod fortiter opatur propter timorē exonoratōis uel pene scōa militaris quod fortiter opatur propter artē uel experimentiā rei bellice. **T**ertia est fortitudo quod fortiter opatur ex passōne precipue ire. **Q**uarta est fortitudo quod fortiter opatur propter cōsuetudinem uictorie. **Q**uinta est quod fortiter opatur propter ignorantiam piculorum. **H**as autem fortitudines nulla predictarū diuisionū cōtinet. ergo predictae enūtatōes partium fortitudinis uidentur esse iconuenientes. **S**ed ista quicūque deficiunt a uera rōe uirtutis. quod & si cōueniant in actu fortitudinis. tū deficiunt in motiuo & ideo non ponuntur partes fortitudinis. sed quidam modi fortitudinis.

DE MAGNANIMITATE. DIS. LXXXIII.

Demum cōsiderandū est de singulis partibus fortitudinis. ita tamen ut sub quatuor principalibus quas ponit tullius alias cōprehendamus nisi quod magnanitatez de qua etiam tractat phus. loco fiducie ponemus. **P**rimo ergo cōsiderandum erit de magnanitate. **S**cōdo de magnificentia. **T**ertio de patia. **Q**uarto de pfeuerantia. **I**tem primo cōsiderandū erit de magnanitate. **S**cōdo de uitiis oppositis. **C**irca primū uidentur esse primo utrum magnanimitas sit circa honores. **S**cōdo utrum sit circa magnos honores. **T**ertio utrum sit uirtus. **Q**uarto utrum sit specialis uirtus. **Q**uinto utrum sit pars fortitudinis. **S**exto quō se habeat ad fiduciā. **S**eptimo quō se habeat ad securitatem. **O**ctauo quō se habeat ad bona fortune.

Hoc primū scilicet utrum magnanitas sit circa honores. **D**icendū quod magnanitas ex suo nomine importat quandam extensionem animi ad magna. **C**onsiderat autem habitudo uirtutis ad duo. **V**no quidē modo ad materiā circa quā opatur. **A**lio modo ad actus propriū quod consistit in debito usu talis materie. **E**t quod hinc uirtutis principaliter ex actu determinat. ex hinc principaliter alijs dicitur magnanitas quod hinc aliquē magnū actum. **A**lijs autem actus potest dici dupliciter magnus. **V**no modo hinc proportionē. **A**lio modo absolute. **M**agnus quidem potest dici actus hinc proportionē etiam quod consistit in usu alicuius rei parue uel mediocris. puta si alijs illa re opte utatur. **S**ed simplicitate et absolute magnus actus ē quod consistit in optimo usu rei maxie. **R**es autem quod in usibus hominis ueniunt sunt res exteriores. in quibus simplicitate maximū est honorum. quod propinquissimū ē uirtuti. utpote testificatio quoddam existēs de uirtute alicuius ut supra habitū ē. tū etiam quod deo & optis exhibet. tū etiam quod homines propter honorē cōsequendū et uituperiū uitandū. alia omnia postponunt. **S**ic autem alijs dicitur magnanitas ex hijs quod sunt magna sim

plicitate & absolute. sic dicitur fortis alijs ex hijs quod sunt difficilia simplicitate. **E**t ideo cōsequens est. quod magnanitas consistat circa honores. **E**t nota quod & quod quod honorēs & quod cōtemnūt eos laudabiles sūt. sed quod illi quod cōtemnūt honores. hoc modo quod pro eis adipiscendis nihil iconueniens faciunt. nec eos nimis appciant. laudabiles sūt. **S**i quis autem hinc modo cōtemnēt honores quod non curaret facere ea quod sūt honore digna. hinc uitupabile esset. & hinc modo magnanitas ē circa honores. ut uidelicet studeat facere ea quod sūt honore digna. non tū sic. ut pro magno estimet hūanū honorē.

Hoc hinc scilicet utrum magnanitas sit circa magnos honores. **D**icendū quod hinc phus in .vii. phisic. **V**irtus ē pfectio quodammodo. & intelligitur esse pfectio potētie. ad cuius ultimū priet. ut patet in primo de celo. **P**erfectio autem potētie non attenditur in quolibet opatione. sed in opatione quod hinc aliquā magnitudinē aut difficultatē. **Q**uelibz enim potētia impfecta potest in aliquā opationē modicā & debile. **E**t ideo ad rōes uirtutis priet. ut sit circa difficile & bonū. ut dicitur in .ii. Eth. **D**ifficile autem & magnū quod ad idē priet in actu uirtutis. potest attendi dupliciter. **V**no modo ex parte rōnis inquantū scilicet difficile ē modus rōnis adinuenire. & in alijs materia statuere. & ista difficultas sola inuenit in actu uirtutū intellectuāliū. & etiam in actu iustitie. **A**lia autem ē difficultas ex parte materie quod de se repugnantia hinc potest ad modū rōnis quod ē circa eā ponendus. **E**t ista difficultas precipue attenditur in alijs uirtutibus moralibus quod sūt circa passionēs. quod passionēs pugnant cōtra rōem. ut **D**ionysius dicit. .iiii. ca. de di. no. **C**irca quod cōsiderandū ē. quod quoddam passionēs sūt quod hinc uim magnā resistendi rōem. principaliter ex parte passiois. **Q**uedā uero principaliter ex parte reze quod sunt obiecta passionū. **P**assionēs autem non habent magnā uim repugnandi rōni nisi fuerit uehemētes. eo quod appetitus sensitius in quo sunt passionēs. naturaliter subdit rōni. **E**t ideo uirtutes quod sunt circa hinc passionēs. non ponunt nisi circa illud quod ē magnū in ipis passionibus. sicut fortitudo ē circa maxias tiores & audacias. **T**empantia autem circa maximaz delectationū cōcupiscētiās. **E**t similiter mansuetudo ē circa maxias iras. **P**assionēs autem quod hinc magnā uim repugnandi rōni ex ipis rebus exterioribus. quod sūt passionū obiecta. sic amor uel cupiditas pecunie seu honoris. **E**t in istis oportet esse uirtutē non solum circa id quod ē maximū in eis. sed etiam circa media. uel media. quod res exterioris existentes etiam si sint parue. sūt multū appetibiles. utpote necessarie ad hominis uitā. **E**t ideo circa appetitū pecuniaz sūt due uirtutes. **V**na quod ē circa media ocrez & moderatas scilicet liberalitas. **A**lia autem circa maxias pecuniaz. scilicet magnificentia. **S**imiliter etiam circa honores sūt due uirtutes. **V**na quod ē hinc mediocres honores quod innotata ē. notat tū ex suis extremis quod sūt philothimia id ē amor honoris. & aphilothimia id est sine amore honoris. **L**audat enim quicūque quod amat honores. quicūque autem qui non curat de honore. putat scilicet utrumque

moderate potest fieri. Circa magnos autē honores ē magnanitas. & ideo dicendū ē q̄ p̄p̄a materia magnanitatis ē magn⁹ honoz. & ideo ad ea tēdit magnanitas q̄ sūt maxio hōze digna

Ad tertiū scz utruq; magnanitas sit uirtus. Dicendū q̄ ad rōem uirtutis hūane p̄tinet ut in rebus hūanis bonū rōnis seruet qd̄ ē p̄p̄riū hominis bonū. Inter ceteras autē res humanas exteriorēs honores p̄cipuū locū tenent. sic dictū est. & ideo magnanitas q̄ moduz rōnis ponit circa magnos honores. ē uirtus. P̄p̄rietas autē magnanimitatis q̄s p̄tinet p̄bus. iiii. **E**t licet p̄ma facie uirtutes uideant. P̄mo q̄ dem magnanimitas nō ē memoz bñficiōz. Secūdo q̄ ē ociosus & tardus. Tercio q̄ utit̄ yronia ad multos. Quarto q̄ nō potest cōuiuere familiariter nisi ad amicos. Quinto q̄ uult magis habere infructuosa q̄ utilia. Iste tñ p̄p̄rietas h̄m qd̄ ad magnanimitatē p̄tinent nō sunt uirtutes. s; potius laudabiles excellenter. Quia p̄mo dicit̄ q̄ magnanimitas non habet memoriā a q̄bus beneficia recipit. intelligēduz est q̄ntū ad h̄ q̄ nō est sibi delectabile q̄ ab aliquibus beneficia recipiat q̄n sibi maiora recōpenser. quod p̄tinet ad p̄fectionē gratitudinis in cuius actu uult sup̄excellere sicut & in actibus aliaz uirtutū. Similiter etiā sc̄do dicit̄ q̄ est ociosus & tardus. non q̄z deficiat ab opando ea que sibi cōueniunt. Sed quia non ingerit se quibuscūq; opibus sibi non cōuenientib; sed solū magnis. qualia decent eum. Dicit̄ etiā tertio q̄ utit̄ yronia non h̄m q̄ opponitur ueritati. ut scz dicat de se aliqua uilia q̄ nō sūt uel neget aliqua magna q̄ sunt. Sed quia nō totam magnitudinē suā mōstrat maxime q̄ntum ad inferiorū multitudinē quia sicut p̄bus ibidem dicit̄. ad magnanimitatē p̄tinet magnū esse ad eos qui in dignitate & bonis fortunis sunt. ad mediōs autē moderatū. Quarto etiā dicit̄ q̄ ad aliquos non potest cōuiuere scz familiariter nisi ad amicos. quia oīno uitae adulationē & simulationē. q̄ p̄tinent ad anī p̄uitatē cōuiuūt tñ omnibus & magnis et paruis h̄m qd̄ debet. ut dictum est. Quinto etiā dicit̄ q̄ uult habere magis infructuosa q̄ fructuosa. non quecunq; sed bona id est honesta. Nā in omnibus p̄ponit honesta utilibus tanq̄z maiora. Utilia enī querunt̄ ad subuenienduz alicui defectū qui magnanimitati repugnat.

Ad quartū scz utruq; magnanimitas sit uirtus specialis. Dicendū q̄ sicut supradictū est. ad specialē uirtutē p̄tinet q̄ modū rōis in aliq̄ determinata materia ponat. Magnanimitas autē ponit moduz rōnis circa determinatā materiā scz circa honores. ut supradictuz est. honor autē h̄m se consideratus est quoddā bonū speciale. & h̄m hoc magnanimitas h̄m se considerata est specialis uirtus quedam. Sed quia honoz est cuiuslibet uirtutis premiū. ut ex supradictis patet. ideo ex consequēti ratōne sue materie respicit omnes uirtutes.

Ad quintū scz utruq; magnanimitas sit p̄

fortitudinis. Dicendū q̄ sicut dictū est. principalis uirtus est ad quā p̄tinet aliquē generalē modū uirtutis cōstituerē in aliqua materia p̄cipali. Inter alios autē ḡnales modos uirtutis vnus est firmitas animi. quia firmiter se h̄re in omni uirtute requirit̄. ut dicit̄ m. iiii. **E**t. Precipue tñ hoc laudatur in uirtutibus que ī aliq̄ arduū tendunt in quibus difficillimuz ē firmitatē seruare. Et ideo q̄nto difficilior est ī aliquo arduo firmiter se habere. t̄nto principalior est uirtus que circa illud firmitatē prestat animo. Difficilior autē est firmiter se habere ī piculis mortis in quibus confirmat animū fortitudo. q̄z in maximis sperandis uel adipiscendis ad que confirmat animū magnanimitas quia sicut homo maxime diligit uitam suam ita maxime refugit mortis picula. Sic ergo patet q̄ magnanimitas cōuenit cū fortitudine. inquantū confirmat animū circa aliquid arduum. Deficit autē ab ea in hoc q̄ firmat animū in eo circa quod facilius est firmitatē seruare. Vnde magnanimitas ponit̄ pars fortitudinis. quia adiūgit̄ ei sicut secundaria principali. Fortitudo tñ & magnanimitas p̄ eodē accipi possunt. quia sicut dicit̄ p̄bus. ii. **E**t. Carere malo. accipit̄ ī ratione boni. Vnde non supari ab aliquo graui malo. puta a piculo mortis. accipit̄ quoddamō p̄ eo quod est attingere ad magnum bonuz. Quozū primū p̄tinet ad fortitudinē. h̄m ad magnanimitatē. Vnde Seneca in libro de quatuor uirtutibus dicit̄. magnanimitas q̄ & fortitudo dicit̄. si in sit animo tuo. cum fiducia magna uiues. Et tullius dicit̄ ī p̄mo de officiis. Viros fortes magnanimos eē eosdem ueritatis amicos minimeq; fallaces. Et sic patet q̄ Seneca et tullius fortitudinem & magnanimitatem p̄ eodem accipiunt. quia tñ alia ratio difficultatis est in utroq; p̄dictorum. ideo p̄p̄rie loquendo p̄bus magnanimitatem ponit̄ aliam esse uirtutē a fortitudine.

Ad sextū scilicet utruq; fiducia p̄tinet ad magnanimitatē. Dicendū q̄ nomē fiducia ex fide sumptū esse uideē. ad fidem autē p̄tinet aliquid & alicui credere. P̄tinet autē fiducia ad spem. h̄m illud Iob. xi. Habebis fiduciā p̄posita tibi spe. Et ideo nomē fiducia hoc p̄cipaliter uideē signare q̄ aliquis spem concipiat. ex hoc q̄ credit uerbis alicuius auxilium p̄mittentis. Sed quia fides dicit̄ opinione uehementis. cōtingit autē aliquid uehementer opinari uon solum ex eo quod est ab alio dictum. s; etiam ex eo quod in alio considerat̄. Inde est q̄ fiducia potest dici qua aliquis spem alicui rei concipit ex aliquo considerato. quādoq; q̄dem in seipso. puta cum aliquis uidēs se sanuz confidit se diu uicturum. quādoq; autē in alio puta cum aliquis considerans alium amicum suum esse. & potentē fiduciam habet adiuuari ab eo. Dictum est autem supra q̄ magnanimitas p̄p̄rie ē circa spem alicuius ardui. & ideo quia fiducia importat quoddam robur spei p̄ueniēs ex aliq̄ cōsideratōne q̄ facit uehementē

opinionem de bono assequendo. Inde est quod fiducia ad magnanimitatem pertinet.

Ad septimum scilicet utrum securitas pertinet ad magnanimitatem. Dicendum quod sicut philosophus dicit in secundo rhetorice. Timor facit homines consiliarios in quantum scilicet curam habent qualiter possint ea euadere que timeant. Securitas autem dicitur per remotionem huiusmodi cure quam timor ingerit. Et ideo securitas importat quandam perfectam quietem animi a timore. sicut fiducia importat quoddam robur spei. Sicut autem spes directe pertinet ad magnanimitatem. ita timor directe pertinet ad fortitudinem. & ideo sicut fiducia immediate pertinet ad magnanimitatem. ita securitas immediate ad fortitudinem. Considerandum tamen est quod sicut spes est causa audacie. ita timor est causa desperationis. ut supra habitum est cum de passionibus ageretur. Et ideo sicut fiducia ex consequenti pertinet ad fortitudinem in quantum utitur audacia. ita et securitas ex consequenti pertinet ad magnanimitatem in quantum repellit desperationem.

Ad octauum scilicet utrum bona fortune pertineant ad magnanimitatem. Dicendum quod sicut ex supradictis patet. magnanimitas ad duo respicit. ad bonorum quidem sicut ad materiam. & ad aliquid magnum operandum sicut ad finem. Ad utrumque autem istorum bona fortune cooperantur. Quia enim bonorum uirtuosis non solum a sapientibus sed etiam a multitudine exhibentur. que maxima reputat huiusmodi exteriora bona fortune. sic ex consequenti ut maior honor exhibetur hiis quibus assunt exteriora bona fortune. Similiter etiam ad actus uirtutum organice bona fortune deferuntur. quia per diuitias & per potentiam & amicos datur nobis facultas operandi. Et ideo manifestum est quod bona fortune conferunt ad magnanimitatem.

Deinde considerandum est de uitiis oppositis magnanimitati. Et primo de illis que opponuntur ei per modum excessus. que sunt tria scilicet

Presumptio. Ambitio. et Inanis gloria.

De hiis omnibus require infra in tertio libro. **D**e presumptione require infra parte tertia distinctione uicesimasexta. De ambitio ne require infra parte tertia distinctione nona. De inani gloria. require infra parte tertia distinctione octaua. Secundo de pusillanimitate que opponitur ei per modum defectus. De hac require parte sexta. distinctione quarta.

DE MAGNIFICENTIA DISTINCTIO. LXXXV.

Deinde considerandum est de magnificentia. & de uitiis oppositis. Circa magnificentiam consideranda sunt quatuor. Primo utrum magnificentia sit uirtus. Secundo utrum sit uirtus specialis. Tertio que sit eius materia. Quarto utrum sit pars fortitudinis.

Ad primum scilicet utrum magnificentia sit

uirtus. Dicendum quod sicut dicitur in primo de celo & mundo. Virtus dicitur per comparisonem ad ultimum in quod potentia potest. non quidem ultimum ex parte defectus. sed ex parte excessus. cuius ratio consistit in magnitudine. Et ideo operari aliquid magnum ex quo sumitur nomen magnificentie proprie pertinet ad rationem uirtutis. unde magnificentia nominatur uirtutem.

Ad secundum scilicet utrum magnificentia sit specialis uirtus. Dicendum quod ad magnificentiam pertinet facere aliquid magnum sicut ex ipso nomine apparet. Facere autem dupliciter potest accipi. Uno modo proprie. Alio modo communi. Proprie autem facere dicitur operari aliquid in exteriori materia. sicut facere domum uel aliquid aliud huiusmodi. Communiter autem facere dicitur pro quacumque actione siue transeat in exteriori materia. sicut urere et secare. siue maneat in ipso agente. sicut intelligere uelle. Si igitur magnificentia accipiatur secundum quod importat actiones alicuius magni. puta factio proprie dicitur. sic magnificentia est specialis uirtus. Opus enim factibile producitur ab arte. In cuius quidem usu potest attendi una specialis ratio bonitatis que ipsum opus factum per artem sic magnum scilicet in quantitate & pretiositate & dignitate. quod facit magnanimitas & secundum hoc magnificentia est specialis uirtus. Si uero nomen magnificentie accipiatur ab eo quod est facere bonum uel magnum. secundum quod facere communiter sumitur. sic magnificentia non est specialis uirtus.

Ad tertium scilicet de materia magnificentie. Dicendum quod ad magnificentiam sic dictum est pertinet tendere ad aliquid magnum opus faciendum. Ad hoc autem quod aliquid magnum opus conuenienter fiat requiruntur proportionati sumptus. Non enim possunt magna opera fieri nisi cum magnis expensis. Unde ad magnificentiam pertinet magnos sumptus facere ad hoc quod opus magnum conuenienter fiat. Unde & philosophus dicit in quarto ethicorum. quod magnificus ab equali id est proportionato sumptu opus facit magis magnificum. Sumptus autem est quedam pecunie emissio a qua potest aliquis prohiberi per superfluum amorem pecunie. & ideo magnificentie possunt dici & ipsi sumptus quibus utitur magnificus ad opus magnum faciendum & ipsa pecunia qua utitur ad sumptus magnos faciendos. & amor pecunie quem moderatur magnificus ne superflui magni impediatur. Unde nota quod usus pecunie aliter pertinet ad liberalem. et aliter ad magnificum. Ad liberalem enim pertinet secundum quod procedit ex ordinato affectu circa pecunias. Et ideo omnis usus debitus pecunie cuius impedimentum tollit moderatio amoris pecunie pertinet ad liberalem scilicet & dona & sumptus. Sed usus pecunie pertinet ad magnificum in ordine ad opus aliquid magnum quod faciendum est. & talis

Ufus non potest esse nisi sumptus siue expensa. Magnificus etiam dat dona uel exennia. ut dicitur in .iiii. Eth. Non tamen sub ratione doni. sed potius sub ratione sumptus ordinati ad aliquod opus faciendum. puta ad honorandum aliquem uel ad faciendum aliquid unde proueniat bonorum totius ciuitati sicut cum facit aliquid ad quod tota ciuitas studet. Item quia principalis actus uirtutis est interior electio quam uirtus potest habere absque exteriori fortuna. ideo pauper potest esse magnificus. Sed ad exteriores actus uirtutum requiruntur bona fortune sicut quedam instrumenta. & secundum hoc pauper non potest exteriorum actum magnificencie exercere in hiis que sunt magna simpliciter. sed forte in hiis que sunt magna per comparationem ad aliquod opus. quod & si in se sit paruum. tamen potest magnifice fieri secundum proportionem illius generis. Nam paruum & magnum dicuntur relatiue. ut philosophus dicit in predicamentis.

Ad quartum scilicet utrum magnificencia sit pars fortitudinis. Dicendum quod magnificencia secundum quod est specialis uirtus. non potest poni pars subiectiua fortitudinis. quia non conuenit cum ea in materia. sed ponitur pars eius in quantum adiungitur ei sicut uirtus secundaria principali. Ad hoc autem quod aliqua uirtus adiungatur alicui principali duo requiruntur. ut supradictum est. Quorum unum est ut secundaria conueniat cum principali. Aliud autem est ut in aliquo excedatur ab ea. Magnificencia autem conuenit cum fortitudine in hoc quod sicut fortitudo tendit in aliquod arduum & difficile. ita etiam magnificencia. unde de etiam uidetur esse irascibili sicut & fortitudo. Sed magnificencia deficit a fortitudine in hoc quod illud arduum in quod tendit fortitudo habet difficultatem propter periculum quod imminet persone. Arduum autem in quod tendit magnificencia habet difficultatem propter dispendium rerum quod est multum minus quam periculum persone. & ideo magnificencia ponitur pars fortitudinis. Et nota quod magnificencia conuenit in materia cum liberalitate ut dictum est. & tamen liberalitas non est pars fortitudinis. sicut magnificencia. sed est pars iustitie. Cuius ratio est. quia iustitia respicit operationes secundum se. pro ut in eis consideratur ratio debiti. sed liberalitas & magnificencia considerant operationes sumptuum. secundum quod comparantur ad passiones anime. diuersimode tamen. Nam liberalitas respicit sumptus per comparationem ad amorem & concupiscentiam pecuniarum que sunt passiones concupiscibilis quibus non impeditur liberalis adactionibus & sumptibus faciendis. Unde est in concupiscibili. Sed magnificencia respicit sumptus per comparationem ad fides & spem. attingendo ad aliquid arduum non simpliciter sicut magnanimitas. sed in determinata materia scilicet in sumptibus. Unde magnificencia

uidetur esse irascibili sicut & magnanimitas. Et si magnificencia non conueniat cum fortitudine in materia. conuenit tamen cum ea in conditione materie in quantum scilicet tendit in aliquid arduum circa sumptus sicut fortitudo in aliquid arduum circa timores.

DE PARUIFICENTIA.

Deinde considerandum est de uitiis oppositis magnificencie. Et primo utrum paruificencia sit uitiu. Secundo de uitiu ei opposito.

pozalt in p̄nti. aut spūaliter oznamēto gratie
s; in futuro oznamēto glie. ysa. lxi. possunt di-
cere uerba ysaie dicentis. gaudens gaudebo i
dño. qz induit me vestimēto salutis et induit
to iusticie uel leticie. i. vestimēto grē in p̄nti.
& glie in futuro que pōt dici indumentum
iusticie debite sibi p̄ meritis. et solute sibi i glo-
ria. **I**tē nota deus solus miseratoz eas nō solū
vestit et oznat. s; in suis necessitatib⁹ p̄ seipsū
pascit eas visitat & curat et confortat. & per

nuntios suos qui vestit lilia agri et pascit & vestit volucres celi ut legitur. **Matth. vi.** **I**t pascit & visitat dominus & confortat virgines pleipm quoniam sunt in arto famis positi. sic legitur fecisse eugenie virginis. quoniam cum multa supplicia sub galieno imperatore sustinuisse; ignis & aqua et aliorum tormentorum & supasset euasissetque illesa. tandem clausa detinetur in obscurissimo carcere sine omni cibo & lumine. in quo dominus eam visitauit et pauit pane candidissimo. & carcerem imenso lumine illuminauit. & cum crederetur mortua apparuit corpulentior & pulchrior quibus pus. **I**tem in passione beate katherine legitur quod post diuisa supplicia & scorpionum verbera maxime iubet beatam katherinam detrudi in obscurissimum carcerem sine omni cibo & lumine quam angli visitantes. et vnguentis & aromatibus vulnera eius vngentes & refouentes curauerunt. **P**er colubam etiam dominus de celo singulis diebus misit ei cibum. **D**uodecimo autem die visitauit eam ipse dominus cum discipulis suis in choro virginum. monens ut viriliter ageret. nec timeret duodecimo autem die cum crederetur mortua fame. & euocata de carcere apparuit pulchrior. cum crederetur impator cibum ei ab aliquo ministratum. & precepisset torqueri carceris custodes. misera eorum. ait virgo. **E**go cibum ab homine non accepi. sed qui confortat suos in tribulatione per suum angelum me nutriuit &c. **I**tem per suum angelum petrum visitauit beatam agatham qui de celo veniens & vnguenta deferens eius vulnera curauit. et mamillas eius abscondit reparauit ei. **I**tem in passione beate anastasiae de qua super dictum est legitur quod post multa supplicia detrusa est in imo carcere. et detenta sine cibi administratione per xxx. dies. **C**ui misit dominus unam de sociabus suis per martyrisationem. que apponebat ei mensas singulis diebus refertam omnibus. cui dixit anastasia. **Q**uo huc venisti soror quoniam iam martyrium suscepisti per christum. **I**lla respondit. dominus dat libenter licentiam sanctis suis visitandi & confortandi eos qui puro corde adherent ei. educta autem de carcere inuenta est pulchrior et fortior. **H**is autem presens fuit spectos custodes. ad huc per mensem in eodem carcere eam inclusit. signans ostia sigillo suo. & post mensem inuenta est. ut pus &c. **I**tem danielis virginem in lacu leonum visitauit dominus per angelum suum. qui clausit oza leonum ut ei non nocerent. & qui ei deportauit de iudea in babilonem per abacuc prophetam cibum quem parauerat dictus abacuc mensis foribus. & cum ille dedisset eum. in momento per capillum capitis sui impetu suo sicut eum deportauerat in babilonem. deportauit ubi eum assumpserat. **V**ndecimo oculus virginis intellectus meretur a domino illuminari intelligentie gratia & in presenti et in futuro. **Q**ui quanto purior. tanto perspicatior ad cognoscendum deum et creaturas et maxime ad intelligentiam spiritualium. **v. n. Matth. v.** **B**ei mundo corde. quoniam ipsi deum videbunt. quanto cor mundius tanto videbit perspicatior. **D**icitur de beato martino qui cordis oculum habuit purissimum in carne maxime omni luxuria aliena. quod legitur carne fuisse vitro purior. lacte candidior. & ideo perspicacissimi fuisse intellectus ad spiritualia. **D**icitur etiam

quod nigromantici puros virgines ponunt in adiutoribus demonum ut limpidius videre possint in corporibus aspiciuis. ut speculis et spatibus de monum transformationes ut representatōes. **I**tem virginitas meretur obtinere donum prophetie. ut patet dauid. **ii.** **D**e visione statue. et. **xii.** gabriel fac intelligere visionem. **I**tem in vitis per poemem virgo & innocens & maxime abstinentie fuit. et ideo ut dicitur ibi meruit donum prophetie obtinere et scientiam futurorum. quoniam cum mozarum eum matre sua in quodam vicu egypti in summa abstinentia & puritate. quidam de alia villa collecta maxima multitudinem hominum veniebant ad exterminandum eos de uico suo. quod sibi per angelum fuit reuelatum. unde veniens ad sacerdotes illius uille. aduentum & propositum dictorum hostium eis reuelauit. et consuluit et monuit eos quod ipsi exiret eis obuiam et placarent eorum furorē ne et homines occiderent et vicum destruerent. **Q**uod illi facere non sunt ausi. timentes eorum furorē. sed ei supplicauerunt flexis genibus. quod ipsa hoc faceret quod ipsa se facturam negauit. **I**psa autem in domum suam se inclusit. orans deum ut eos ita retineret ligatos ne possent accedere ad extremum unum eorum et destructionem uici sui. et statim oratione completa ita steterunt ubi erant. prope dictum vicum. sic immobiles ac si ibi fuissent clauis affixi. qui rogauerunt per nuntios aduenientes ibi. illos de dicto uico de pace. dicentes. gratias agite deo et virginis eius poemem. cuius oratione impediuit nos a destructione uestra sic nobis est reuelatum. **I**tem in passione lutie uirginis legitur. quod cum esset vulnerata ad mortem ait astantibus christianis. **A**gite gratias deo qui mihi hoc reuelauit. **Q**uia hodie redita est pax ecclesie diocletiano et maximiano iam non impantibus. **A**lter enim mortuus est. & alter de impio eiectus. et paschalis rome uictus ducit. ut per factis saniam ibi accipiat capitalē. quod ita factus est ipsa die ut ipsa predixit. **D**uodecimo suscipit dominus animas virginum in morte ut eas glorificet. ut possint dicitur ipsi obuiam cum anglis aduenientibus. tu autem domine suscepto meus es gloria mea. et exaltas caput meum. **ecc. xv.** **Q**ui continentis est iustitie. scilicet propter iustitiam. appropinquat deum. et obuiabit ei ipsa sapientia christus. quoniam meritis honorificata. et quasi mulier a uirginitate suscipiet eam sapientia dei christus. **D**e qua loquitur ibi. quod uirgines continentiam habentes propter iustitiam acquirendam gratie et consequendam ut iustum est mercedem glorie apprehendent illam sapientiam dei per mercedem. quia obuiat illis. quoniam meritis honorificata in consortio filiorum honorabiliu et aliorum se comitantium. **E**t suscipiet uirginem in morte cum sociis sanctis et angelorum sic suscipiet mulier uirgo honorifice a sposo a uirginitate sua. id est propter uirginitatem suam. propter quam eam desponsauit. **Matth. xxv.** **Q**uoniam prudētes uirgines suscepte sunt a sposo. et intrauerunt cum eo ad nuptias. et significant illas. qui seruauerunt puritatem affectionum. sensuum. et intentionum interiorum et exteriorum mundiciam sensuum et operationum. **F**inaliter quod uenit ornate lapidibus bonorum operum. quia ut dicit yfido. **V**irgo carne et non mente non habet premium in reprobatione

vnde fatuis virginibus dicit dñs. nescio vos. quia nihil pdest incorruptio carnis. vbi non est integritas metis. necesse est etiã vt pñis opibus abstineat. vñ idẽ. Qui recte de virginitate gaudẽ volũt. necesse est vt pñis opibus nõ feruiãt. sic suscipiẽ merte virgo & cozpe in exitu suo ab hoc mũdo. sic suscipiẽ hester ab asue ro. de qua susceptõẽ hester. ii. Ducta est hester virgo. s. hũilis ad cubiculũ asueri ad regis bñi requiẽ eternã. & habuit grãam et miãam cozã eo & posuit diadema regni in capite eius. et fecit eã regnare secũ. s. in suis. q̄ interpretãt gaudiũ meũ vel leticia assũpta a deo. s. leticia eterna. que est sup eoz caput. sic susceptus bñs Iohannes euãgelista virgo et electus a dño. cui ante obitũ suũ apparuit dñs cũ discipulis suis dicẽs Veni dilecte mi. qz tempus est vt epuleris in cõuiuio meo cũ fratribus tuis. Qui cũ vocasset & docuisset pplm. & celebrasset. descendit in foueã ozãs. lumie aut sibi missodesup videri nõ potuit. et recedẽte lumie nõ est postea inuẽtus. Vñ crediẽ a quibusdã q̄ in aĩa simul & cozpe in celo sit assũptus. cũ xpo glificatus. Item ad hãc susceptõẽ faciũt exempla multa dial. xv. De transitu romuli refert greg. q̄ cũ maneret cũ quadã sua magistra noie redẽpta plena virtutibus. pculsa paralisi et mẽbzoze officio destituta. in sũma paciẽtia degẽs. assidue ozabat. Nocte aut quadã vocauit magrãam & aliã cõdiscipulã suã. q̄ surgẽtes aduenerũt. tũc tante fulgoz locum repleuit. vt corda astantiũ mestiabili pauoze pstringerẽ. & ita vt cozpa eoz obrigescerẽt & ceperẽt audire strepitũ maxime multitudinis domum ingrediẽtis. & neminẽ videbant. et quia pauoz eos depresserat. et splẽdoz tante claritatis eos reuerberabat. quã lucẽ mira suauitatis fragrantia est subsecuta. que pterritos refouit. & cõfortauit. Cõfortauit at romulã redẽptã dicẽs. noli timere mĩ nĩ morioz mõ. Luce aut paulatim recedẽte. odoz remansit p tridũ. Nocte at q̄rta magrãam suã redẽptã vocauit. viaticũ petiit et accepit. & cito post añ ostiũ cellule duo chozi psallẽtium astiterũt & videbant astantib. q̄ psalmodiam dicebãt viri. & femie rñ debãt. Ad quã vocem illa facta aĩa carne soluta ẽ. & dicta vox psallentiũ cũ dei ancilla ascẽdẽte ad celũ. mimus cepit audiri et odoz sentiri usquequo oĩo deficeret. Item de carilla sacra virgine & amita sua refert idẽ greg. ibidẽ q̄ felix romane ecclesie antistes attauit beati. greg. defunctus ei apparuit. & mãsiõẽ eterne claritatis ei oñdit dicẽs. Veni in hac mãsiõẽ te suscipio. que sequẽti nocte febre cozrepta est. Cũ aut in extremis vite multi eius circũdarent lectum. incepit clamare. recedite recedite. quia ihs veit & cũ in eũ intenderet quẽ videbat. aĩa ei carne soluta est. & statim tãta suauitatis fragrantia aspersa est vt pateret illic suauitatis auctorem fuisse. q̄ cũ lauaret. ex assiduo vsu orõnis inuẽta est in genibus & cubitis ad modum cameli callos cõtraxisse. Itẽ de hoc facit qd̄ ibidẽ

ponitur exemplũ muse puelle. cui beata virgo apparuit cũ chozo virginũ. dicẽs. q̄ si vellet cũ eis cõiungi abstermeret a leuitatibus risu & iocis. & die. xxx. si hoc facerẽ. eis associaret. que subito imutata fuit. Parẽtes eius hoc vidẽtes. causã requirunt. q̄ eis eã retulit. xxv. die febre cozrepta cũ die. xxx. appropinqret hora exitus sui. vidit beatã virgineẽ eam vocãtem cũ chozo virginũ. Cui rñdit. Ecce dña venio. Ecce dña venio. & hoc dicto de uirgineo cozpe ad beatã virginẽ & ad alias sacras virgines eas adiciẽs exiit. hoc est qd̄ dicit. Iere. xxxi. Letabit virgo in chozo &c. Ad hãc susceptõẽ p̄tinet qd̄ legit de bñã margareta post multa supplicia. q̄ vicit & orõez. vox de celo facta est ad eã. dicẽs Veni margareta in requiẽ xpi cui. veni in regnũ celoꝝ. beata es que virginitatẽ desiderasti & dilexisti & coronã vite meruisti. Ad quam vocẽ crediderũt in dño qñqz milia hoĩm. qui et p xpo decollati sũt. In hora aut decollatõis sue dixit spiculator. miserẽ margareta Video eĩm xpm circa te cũ multitudie angeloz expectantiũ te. cũ ozasset. factũ est tonitruũ maximum. & colũba niuia apparuit descẽdens de celo. dicẽs ei. q̄ omĩo petiões sue essent exaudite. Veni ergo celerius ad locũ tibi paratũ ego sum tecũ. ego apiam tibi regnũ celoꝝ. decapitata aut ea viderũt qui aderãt scõs anglos descẽdentes et stãtes sup corpus eius glificantes deũ. & ascẽdentes sup nubẽ deducebãt spiritũ eius carãtes nĩ filis tui diis dñe &c. Demões at tozquebanẽ. & infirmi a diũs lãguozib. curabanẽ. Ad hoc etiã facit qd̄ sup positum est. pximo de oznamẽto quo xps virgines oznat. Glorificat aut virgines gliosis triũphis. meritis. documẽtis. & exẽplis &c. p̄mõz excellẽtia p̄ ceteris. qz aureola. ysay. lvi. Nõ dicat eunuchus. lignũ sum aridũ. quia hĩc dñs eunuchis qui elegerũt que ego volui. s. qui se castrauerũt. i. caste viuẽ elegerũt. & tenuerũt fedus meũ. votũ. s. virginitatis uel castitatis. dabo eis in domo mea. & in muris meis locũ. & nomẽ meliũ a filiis et filiabus. & nomẽ sempiternũ qd̄ nõ pibit. & erit in hoc qd̄ omĩs i fructu. lx. cognoscẽt q̄ fuerit oĩmẽtes. in ceterisimo qui fuerunt virgines. s. in aureola virginitate. Quartũ motiũ ad amozem virginitatis est maximus amoz quez habent angeli sancti ad uirgines qui dicunt eoz. Mat. xviii. angli eoz semp uidẽt faciẽ p̄ris. nõ solũ aut sũt uirginiũ amici. s. etiã serui. in multis eĩm seruiũt eis. Hec aut oĩa satis patẽt ex p̄cedentib. Qz aut angelus sit amatoz uirginũ patz. qz ut dicit Ihero. uirginitas sozoz est angeloz. Qz uita uirginalis est angelica. reuelat Hiero. dicẽs. In carne p̄ter carnẽ viuẽ est anglice nature nĩ hũane. Dixit bñã cecilia ualeriano. Angelũ dñi habeo amatozẽ. qui nimio zelo cozpus meũ custodit. Itẽ legit q̄ cũ bñã theodoza ofozarẽz martyres in agone sue passiois. tradita est cuidã iuueni ludificãda. & post in scozto publico oĩb. expoznãda. quã cũ uellet ipudice tangẽ. cepit emittẽ

maximū sanguinē de naribus. et clamauit iudici. stat iuxta eā iuuenis speciosissimis deauratis indutus vestibus. de cuius manu pugium in naribus accepi. Ipa autē beata theodoza cum nollet sacrificare ydolis. martyrio ignis consummata coronata est. **I**tē q̄ cū Serapia virgo cōuertiss̄ scām sabinam. post plurima supplicia tradita est duobus lasciuis iuuenibus ludificanda. quā cū vellēt impudice tangē. factus ē terremotus maximus. & ceciderūt exanimēs in terra. mēbris oibus resoluti. qui ī mane sic inuenti sūt. **E**t nūtiatū est hoc psidi. & ei portati & uigo adducta est corā eo. que orōe facta p̄cepit eos in noīe dñi ihesu xpi surgē & stare sup pedes suos. **Q**uō cū fecissēt q̄siuit iudex quō feciss̄ virgo. q̄ sic resoluti essent. dixerūt cū uellem⁹ eā tangē ingressus est quidā iuuenis mire magnitudis decozus. ut sol chozuscās. totus stans inter nos. & hāc puellā cuius claritatis tremor & timor. et defectioe nos concussit. **V**irgo autē post multa supplia q̄ uicit gladio consumata ē. **E**x his p̄ quō agli diligūt & custodiūt uirgines & puniūt eaz̄ ualozes.

Quintū incitatiū ad amozes & custodiā virginitatis sunt diūsa quibus in scriptura sacra uirginitas cōparat. **P**rimo ad amozem uirginitatis debz̄ alligē hoc q̄ uirginitas opat̄ flozi fragrantissimo. & spālissimo. et suauissimo & mūdissimo. & fructuosissimo. sup quē quiescit spūs dñi septiformis. & hoc q̄ ad obseruantia eius mouz̄ incendiū caritatis. **B**erū. **C**omparatur lilio cāpi sic liliū inter spinas temptationū. sic amica mea inter filias. quo magis pungit̄ tribulatiōibus & temptatiōibus. meliorē deo odozē reddit. hoc liliū debz̄ h̄re sex folia repanda. **T**ria intus & tria ext̄. Intus dicunt puritatē cogitationū ut malis cogitationibus nō sentiat. affectionū ut delectatiōes nō recipiat noxias. uel intentionū ut p̄pter deū uirginitatē custodiat. **T**ria folia ext̄ sunt mūditiē scz̄ sensuū. actū et exemploz. **H**oc liliū debet h̄re cādozē exteriōzē. et interiōzē puritatis. cordis. s. & cozpis. rubozē interiōzē interne caritatis incuratione ad se et ad inferiōza hūilitatis ad affectus suos h̄re respectū. **I**ste tres uirtutes debēt esse diūctē. uirginitas. hūilitas & caritas s̄m b̄m berū. in eplā ad henricū senon̄. archiep̄m. **C**aritas. hūilitas. castitas. nullius quidem colozis sūt. s. nullius decozis. nec mediocris. s. qui diuinos oblectare possit aspectū. **Q**uid castitate pulcrius. q̄ mundū fac de immūdo ceptū semie. de hoste domesticū **D**e hoīe anglm. **D**ifferūt quidā inter se hō pudicus et angls. s. felicitate. nō uirtute. illi⁹ felicitioz istius fortioz castitas esse cognoscit̄. **S**ola ē castitas q̄ in hoc mortalitatis statu et tempe & loco statuz̄ imortalis glie representat. sola inter nuptiaz̄ sollennia mozē illius uendicat regio nis. ubi nec nubēt nec nubent̄. uerūtū cum m talibus uenustate p̄mineat castitatis. sine caritate tñ nec meritū h̄ nec p̄mūm. castitas sine caritate. sine oleo lāpas est. tolle eum lāpas

non lucet. tolle caritatē. castitas nō placet. s. cū his duabus uirtutibus necessaria est humilitas ut absq̄ illa alie nec uirtutes eē uident̄. nempe ut casti et cari dicant̄ hūilitas hec mereē. quia deus hūilibus dat grām. seruat acceptā. quia nec requiescit spūs sanctus nisi sup quietū & hūilem. **S**eruatā etiā consumat. **N**ā uirtus in infirmitate pficiē. i. in hūilitate. nā inimicā totius us grē a se & ab aliis uirtutibus ppulat. **I**dē sup missus est. pulchra diuinctio uirginitatis et humilitatis. qz̄ nec marie placuisset uirginitas. nisi ei diuincta fuisset hūilitas. hūc flozē uirginitatis bñ suauerat intactū b̄s dñicus. de cuius tumulo cū post mlos annos a sepulchra sua aperireē exuberauit inuisitata & mira suauitatis fragrantia. ut d̄ eo canit̄. **O** q̄z̄ pbat carnis flozē omnē supans odozē tumuli eius fragrantia. **I**tem hūc flozē bñ legit̄ seruasse frater merulus. de quo. ii. dial. i. refert greg. cui ī nocturna uisione apparuit. s. q̄ de albis flozibus corona de celo descēdebat. qui mox cozpis molestia cū magna securitate defūctus est & hilaritate animi. de cuius sepulchro cū abbas mōasterii uellet sibi facē ibi sepulchrū. tanta odozis fragrantia exiuit. ac si ibi flozū omniū odozantia essent cōgregata. hic at̄ erat mire opassiois & deuotiōis et assidue orōnis. **A**d hoc etiā facit exemplū qd̄ legit̄ ī passione beate cecilie uirginis. ubi legit̄. q̄ cum ad predicationē cecilie ualerian⁹ pmisisset se seruaturū uirginitatē. & fuisset purificatus. angls dñi descēdit et apparuit ei. & cecilie appoztas duas corōas de rosis et liliis paradisi que nūq̄z marcescebāt nec decozē amittebant. **Q**uaz̄ odozē sentiēs tū burti⁹ fr̄ ualerii ad fidē est uers⁹. & hāz̄ coronaz̄ odoze et decoze uirgines et martyres p̄ multa supplicia trāsire eas impetuū acq̄sere. **M**aximus autē chozusculari⁹ qui eos custodie rat in carcē p̄fectus uzbis rome eis pmiserat q̄ in xpm crederz̄ si eū certū facerēt de futura uita quā ei p̄dicabāt. **Q**ui dixerūt q̄ in hoza passionis certificarēt. **C**um autē decapitati essent. **I**dem maxim⁹ cū fletu & iuramento asserbat his qui aderāt. q̄ uiderat in hoza passiois eoz̄ aīas eoz̄ egredi de cozpe. & anglos dei lucidi ozes sole eas suscipiēs tanq̄z spōsas egredientes de thalamo ī gremio suo. & sub tegmine alaz̄ suaz̄ eas deportari ab eis in celū. p̄pter quā assertionē mlti crediderūt. & martyriū susceperūt. et ipse maximus pzo resurrectōis & future uite glia tādū plūbati est cesus. usque quo spm̄ exalaret. **B**ea autē cecilia cozpus eius sepeliuit in sarchophago nouo. faciēs sup illud sculpi auē fenicē. q̄ amoze innouāde uite ueteris deponēde & noue suscipiēde spōtanee moztē se exponit. **S**ic fecerat dictus maxim⁹. **V**el ad hoc pōt p̄tinē qd̄ legit̄ in iuētione reliquiā rū sancti stephani. ubi legit̄ q̄ beat⁹ gamaliel pauli nutritioz & mgr̄ aploz̄ apparuit lutiano p̄sbytero. in cui⁹ parrochia fuerat sepultus cū b̄o stephano. reuelās ei locū. ubi ip̄e et beatus stephan⁹ & nichodem⁹ nepos suus & abibas

filius sepulti erat. & ut fidem ei faceret. et de eorum merito & sepulture eorum situ. In secunda apparitione ostendit ei tres calathos aureos quorum unus quem posuit ad dexteram eius. habebat rosas purpureas. quibus erat plenus. duo alii habebant rosas albas. & quartus argenteus rosas croceas & fragrantissimis plenus. quibus manus extendens ad collum eorum eo deposuit. Et dixit ei quod primus purpureas habens rosas signabat loculum beati stephani. qui virtute caritatis circumfultus undique. quod in calato aureo signabat solus inter eos martyrio meruit coronari sanguine suo proprio laureatus & rubricatus. Alii duo calathi pleni rosas albas loculum suum & nichodemi. qui amorem christi circumfulti iniurias & persecutiones iudeorum contempserunt. quod ab apostolo fide instructi baptismum susceperunt christi mundati ab eo & in opibus innocentie & mundicie perseverauerunt. & in illis adhuc neophiti ad dominum in baptismali mundicia miguerunt. Abibas autem cum patre suo gamaliel baptizatus in virginitate immaculatus semper corpore similis post baptismum ad dominum migravit. Quod significabat in hoc quod eius calatus erat argenteus. & in croco fragrantissimo feruor caritatis eius & virginalis fragrantia designabat. ut ei sanctus gamaliel exponebat. Secundo virginitas comparatur ebori. Sicut enim ebur latens sub piano lineo & sicco suat eum a combustione carbonis ignei suppositi sic virginitas latens in corde suat corpus fragile ab incertio luxurie. & ne succedat a dyabolo a suum gestione cuius alitus prunas ardentes cecit. ut dicitur in Iob. xl. Item virginitas est thronus eburneus in quo regnat et quiescit verus salomō christus de quo primi. Re. x. Fecit rex salomō thronum de eboze grandem. & vestiuit eum auro fuluo nimis &c. Tertio comparatur pretioso lapidi illi margarite. qua inuenta celestis negociatorum. dedit omnia que habuit. & contempnit eam margaritam. Ros celi qui in conchis marinis recipitur & ibi suatur in pretiosum lapidem mutat & eadem dum recepto ab ostreis ibi in conchis. sic gratia dei de celo descendens in conchis cordium humilium. propositum virginis suade ibi generat. & in eius perseverantia. quod in lapide pretiosus induratus. qui est dignus comparari regno celorum. Vel margarita valet contra caducum morbum & virginitas contra luxurie casum. Item filis est thopazio. qui iter lapides pretiosos est speciosissimus et pretiosissimus quanto rarius inuenitur. de quo dicunt naturales quod positus in olla custodit eam ab ebullitione & etiam ebullitiones olle bullientis sedat. & seruat ollam ab effusione. Sic latens in corde virginis temperat et sedat ebullitiones temptationis carnis. ne homo effluat super luxuriam & effundat ut ruber de quo dicitur. Gen. xlix. Effusus es sicut aqua. ideo non crescas. Quarto virginitas comparatur thesauro. Mat. xiii. Sile est regnum celorum. thesauro abscondito in agro. quem qui inuenit homo abscondit. pro gaudio illius vadit & vendit omnia que habet. & emit agrum illum. Ager virgo in cuius corde absconditus thesaurus virginis

per firmitatem in proposito seruando. in cuius carne manet pro eius integritate. Homo dans omnia pro redemptione virginis. ut eam sibi sponsam vendideret christus est. qui dedit pro agro et thesauro se redemptionis precium pro suis angelis in custodie consortium. gratiam suam ad benefaciendum. adiutorium & gloriam suam in primium. thesauro comparatur. quia thesaurus fit de rebus utilibus et delectabilibus & raris et preciosis & durabilibus & caute & sollicito occultandis & custodiendis. Est autem virginitas res pulchra et delectabilis. quod est candor lucis eterne. & speculum sine macula. Sap. vii. Quia a luce gratie que venit ab eterno deo est candor iste. & iste est thesaurus de quo Iob. xxxviii. Nunquid ingressus est thesaurus niuis & gradis Niuis thesaurus dicitur propter pulchritudinem candoris et frigiditatem ab incertio libidinis carnis. Gradinis dicitur propter persecutiones demonis & inquisitionem temptationum. quod cum immittitur pro se et per suos earum victoria maximam utilitatem confert in augmento gratie et acquisitione coronae. sicut maxime in beata agatha cuius virginis & fidei propositum cum non posset dyabolus temptationibus aliquibus reuocare pro se vel pro quintianum cicilie profectum. tradidit eas cuidam meretrici que habebat. ix. filias meretricis ut ipsa erat. que non cessauerunt pro xxx. dies blandimentis. mimis & promissis conari quomodo in propositum eius imutarent. uel ipsis multiplicibus tormentis. Quod cum non possent. ipsa magis ac magis gratiam & primium acquisiuit. Item thesaurus comparatur virginitati. quia thesaurus fit de rebus utilibus. raris & preciosis. ecci. vi. Non est digna ponderatio alicuius rei. si pro se anime continentis. Ysido. Prelata est virginitas nuptiis quia nuptiarum coniugium bonum est. virginitas est optimum. coniugium est concessum. virginitas non est iussa. sed admonita. que est res nimis excelsa et preciosa. qui cognoscunt huius preciositatem. plangunt & flent amissionem. & timeent ne amittant potius volentes amittere corporalem vitam. quam eam cauentes eius corruptores tanquam latrones. spoliatores et occisores animarum quoniam est sine coniugio & qui auferunt eam preciosum thesaurum. De hoc thesauro ps. xxi. Thesaurus desiderabilis. si virginitas. & oleum gratie in habitaculo iusti. & vir impudens dissipabat illum. Huius preciositatem bene cognoscebat beatus Bern. clareuall. qui cum esset iuuenis & pulcher in seculo. in quodam hospicio receptus. & hospita sua de nocte ter surrexisset intras lectum eius. ipse clamauit. latrones. latrones. & sic eam a se ter fugauit. In mane fortis suis ab eo querentibus. cur clamauerat. Respondit quod inuenerat latronem quem thesaurum improbabilem & recuperabilem virginis sibi arripere volebat. Huius preciositatem cognoscebat beata sancta virgine. scilicet cecilia agnes. agatha. katherina. et alie que magis voluerunt omnia tormentorum gratiam sustinere. & vitam corporalem amittere. quam istum thesaurum. Item illa virgo & alie de quibus legitur in vitis sanctorum. quod fuit in ciuitate capadochie virgo speciosissima & iustissima. & instructissima ab origine. apud quam ipse latuit pluribus diebus tempe persecutionis

quā cū iudex nō posset inflectē vt ei cōsentiret tradidit eam cuidā lenoni vt poneret eā ī lupa nari. tali cōditōe q̄ exponeret eā oībus & de lucro suo daret ei singulis diebus. iiii. sol. Que cū quidā vellet ad eam accedē flebat. dicens se vuln⁹ h̄re ī secretiozī pte corpis. qd̄ si discoopi rē fetoze suo occidēt om̄s. & eos repulit. Qui dā at̄ xp̄ianus diues hoc audiēs. amoze ūginitatis h̄uade ī ea. posuit se ī corpis piculo. dās q̄iqz sol. lenoni cui erat t̄dita ut eam dimitteret cū ea p̄noctare. qui cū esset cuz ea suavit ei fugam tradēs ei habitum suū. que facto signo crucis recessit incognita. Ille autem pzo ea captus imposito sibi xp̄ianitatis noīe fontiss⁹ bestiis traditus. duplici martyrio est coronat⁹ & p̄ eo q̄ sustinuit pzo fide. et p̄ hoc qd̄ p̄ seruanda virginitate & salute. pximi moztī se exposuit. Qd̄ audiens virgo q̄ p̄ ea sustinuisz martyriū. ad stadiū reūsa cū ip̄o martyrio est coronata. **H**uius thesauri p̄ciositas b̄n vidēt agnouisse quedā. de q̄ refert beatus greg. turoñ. ī gestis fr̄acoze. q̄ tēporibus honozii & arhcadii impatoze. & b̄ti martini turoñ. ep̄i. q̄ dā iuuenis de nobiliozib⁹ senatoze romanoze p̄traxit cum q̄dam virgine de nobilissimis et dignissimis parentibus alūnoze. Cū aut̄ siml̄ adducti essent in vno cubili. puella versa ad parietē cepit amarissime flere. Cum aut̄ adiurata fuisset a iuvene. q̄ faterē ei causā tanti fleus. ait se miserā eo q̄ debebat amittē maximū virginitatis thesaurū. quod deo obtulerat & deuouerat coronā virginū. paradisi gaudium. agni cōsoztū. Cū aut̄ iuuenis ei diceret q̄ desiderāda erat. p̄les que suscipit a cōiugio. q̄ erat parentū gaudiū. heres bonoze. pax patrie & cōsanguineoze. illa econtra oīdit ei multis rationibus nihil esse mundū. cōtemnendū qd̄ erat caducū & trāsitoriozū. appetendū bonum eternum conseruandum virginitatis bonum vilissimū voluptatis vitiū. adeo efficaciter ei p̄dicauit. q̄ sibi dexterās dederit de seruāda virginitate mutua. Cū aut̄ diū in hoc p̄posito p̄māssent in eodē thozo nullo sciēte. puella mi grauit ad xp̄m. expleto aut̄ funeris officio cū clauderē in tumlo. ait vir. **G**ras ago tibi dñe ih̄u xp̄e. q̄a h̄uc thesaurū quē om̄isisti mihi sic cōmisisti integze & imaculatū. tibi restituo. **A**t illa de sepulcro subridēs audiētib⁹ astantibus **R**ndit. cur loq̄ris que nō īterrogaris. n̄ post multū vero tēporis vir dicit⁹ miguit ad dñm. & cū sepelissent eū in sepulcro sepato lōge ab illo in quo vxoz eius fuerat posita. inuenerūt in mane sibi adiuicē cōiunctos. ut quos coniuictos non separat celum. sepultoꝝū corpoꝝū non separet monumentū. **I**ncole autem terre illius. illos vocare consueuerunt duos amantes. **I**ta aut̄ de subiugo b̄n cognoscebat p̄ciositatem huius thesauri. que regnuz mūdi & omnē ornatū eius cōtempnit. p̄pter amoꝝē dñi nostri ih̄u xp̄i. de qua legiē in quibusdā cronicis sic **C**ū sigismūdu rex lothozingie fecissz sibi ad duci vnā nobilissimā & speciosissimā virginē

de alemānia. & eam despōsaret ibi. et coronari reginā. cū essz ad hoc adducta in ecclia b̄ti stephani. incepit flere & asserere q̄ nullū nunqz h̄ret sponsū nisi xp̄m. cui se offerebat currens ad altare et āplexās. vidēs at̄ rex ei⁹ firmū p̄positū. ait. q̄ nolebat facē iniuriā illi dño suo. cui se deuouerat. & ait q̄ nō erat dignum q̄ cū mīmozi solennitate ei despōsaret qz sibi. **F**ecit ergo eaz indui vestibus regis & corona et velū sup̄imponi. & sic eā dño cōsecrari. et regali diuicio expleto. fecit eā ī ecclia sancti petri monialiū collocari. **I**tē de quadā alia dicit q̄ cū rex anglie Richardus vidissz in quadā abatia regni sui q̄ndam speciosissimā monialem cōcupiuit eam. & cū nō posset eā inflectere ali quo pacto ad turpe opus. voluit eā rape violēter. **Q**d̄ cū sciret illa. fecit inquiri qd̄ vidissz in ea qd̄ ita incitasset eū ī eius amoꝝē. **R**ndit q̄ sup̄ oīa hoc fecerat pulcritudo oculoꝝ suoꝝ. illa aut̄ b̄ndicta magis volēs p̄uari oclis. qz tāto thesauro virginitatis. ip̄amet eruit sibi oculos vt sic euaderet. & misit q̄si exenniu3 vt se satiare pulcritudine eoz & eam ī pace dimitteret. **Q**uod vidēs et audiēs ille cōfusus recessit. **N**ō sic fecit quedā maledicta. que cū a quodā impetere & vellet eā m̄rimonio rape cū a monialibus ita esset occultata q̄ nō posse eā inuenire. & illa eū recedē videret. adeo clamauit p̄ eū kukū. q̄ ip̄e sciuit vbi erat. et ab aliis eā rapuit. & thesauro deripuit virginalē. **I**tē de quadā alia dicit q̄ cū quidā impetēt eā. p̄missio precio dimisit se a quodam iuvene deflozari. **C**ū aut̄ post factū negaret ei iuuenis qd̄ p̄miserat. illa obtulit clamozē iudici q̄ violenter eā opp̄sserat. **I**udex aut̄ negate eo q̄ nō fecerat ea inuita. iudicauit. q̄ die assignata venirz daturus ei q̄ndā sūmam pecunie. uel ut eā acciperz in vxorē. iuuenis aut̄ magis eligēs dare pecuniā ei tradidit. cū at̄ illa in sinu suo eā posuissz et recederet. ait iuueni iudex vt iret post eā. & ei eam auferret. et si posset recuperaret. **Q**uā cū toto conatu suo non posset ei auferre adeo. se defendēs q̄ nihil valuit iuueni. s; male tractatus ab ea rediret ad iudicē. iudex eā reuocans fecit pecuniā reddi iuueni dicens. q̄ patebat eā mentitā. qz si sic seruassz ūginitatis thesaurū vt pecuniā nunqz esset ei ablatas. **T**hesaurus aut̄ virginitatis abscondendus est s̄b tegumēto hūilitatis. **V**n̄ Mat. xiiii. **H**uc qui inuenit abscondit. glo. vt seru3 a malignis spiritib⁹ & hūanis laudib⁹. ut si sit opus ī publico intētio recta maneat in occulto. vt. s. p̄pter deū n̄ p̄pter laudē hoīm seruet. qz vt dicit greg. ibi. h̄uc a malignis spiritibus custodire nō iuffic qui eū ab humanis laudib⁹ non abscondit. **M**aligni spiritus in p̄nti vita. q̄ quidā latrunculi obsidēt. dep̄dari desiderat qui thesauro publice portat in via. ideo quia ezechias nūtiis babilonicis publicauit ad gloriā amissi sūt thesauri et depoztati in babiloniā. **I**deo dixit angel⁹ ad anataliā virginē cui apparebat. virginitas est thesaurus regis imensus. cui fures insidias

tendū. hunc tu vigilās sollicitē custodi hunc
quantū plus id habere cogitas. instantius cus-
todi ne pdas. Hūc aut̄ thesaurū bñ custodie-
bat sub tegumento hūilitatis eukarius pastoz
de quo legiē in vitis p̄m. q̄ duo magni here-
mite rogabāt deū vt oñderet eis ī quā mensu-
rā puenerāt. & rñsum est eis q̄ nondum pue-
nerat ad mēsuram eukarii pastozis et vxozis
eius marie. qui sūt in tali villa egypti. vbi veni-
entes ad cellā eius n̄ inueniētes eū et req̄rētes
ait eis vxoz. q̄ oues pasceret & recepit eos vx-
oz in domo. Cūq̄ venissēt vbi parauit eis ip̄i
dixerūt q̄ nec comederēt nec pedes lauarēt nisi
d̄ret opationē suā. et cū d̄ret se simplicē & pa-
stozē. & illā vxozē suā. cūq̄ pseuerarēt & ille
nollet eis reuelare dixerūt se missos a dño. ti-
muit et ait q̄ oues habebāt a parētibus suis.
& q̄dqd̄ ex eis aliūde lucro suo h̄re poterāt in
tres partes diuidebāt. Vnā dabāt paup̄ibus.
alterā in susceptōez pegrinoz. tertiā ad vsum
suū retinebāt. & ex quo accepat vxozē nunq̄
pollutus fuerat cū altera s; virgo erat. & iace-
bāt sepatim̄ abinuicē & noctibus induti iace-
bat saccis. in die induebant̄ vestibus suis. &
nullus vsq̄ tunc sciuerat. Quod audientes &
admirātes glificauerūt dñm. Itēz hūc thesaurū
bñ occultauerat quedā anus. de qua silr̄ ibidē
dicit̄ q̄ ne virginitatis sue thesaurus piculum
paterēt. ī mūdi vanitatibus. ī maloz societati-
bus. in carnis voluptatibus. mundū fugit. he-
remū adiit. et se viuā in spelunca. q̄ sepeliuit.
vtens p̄ xxxviii. annos. q̄ pabulo iumentino.
Dicit̄ em̄ ibi q̄ quidam magni senes ambula-
bāt p̄ heremū. et audiētes vocē plāgentis et q̄-
rentes inuenerūt introierūt intus. et nihil in-
uenerūt nisi anū illā plangentē. Cū aut̄ quere-
rent ab ea q̄s eā ibi introduxisset. et q̄re et quā
ibi venerat. ait. q̄. xxxviii. annos habebat ex
quo ibi māserat. nec hoīem ibi viderat herbas
comedēs. & xpm̄ sequēs. et misit vos mō de-
huc vt sepeliatis corpus meū. quo dicto q̄euit
in pace. Ip̄i aut̄ dñm glificātes illius corpus se-
pelierūt et abierūt. **Hūc thesaurū etiā hua-
uit bñ sub hūilitatis tegumēto. beata eugenia
virgo. que vt legiē in lib2o de passione et vita
eius cū esset philippi. & claudie romane vrbis
gñe nobilissimoz. & missus fuisset a cōzado
impatoze alexādrina v2be vt esset ibi p̄fectus.
artes magicas ibi exterminauit. et iudeoz no-
mē. et xp̄ianos ab vrbe expulit. filiā suā euge-
niā instrui fecit doctrinis liberaliū artium &
phoz. & greco eloquio et latino. Cū aut̄ curi-
ose scrutareē documēta antiquoz. & venisset
ad manus eius doctrina pauli apli. exarsit in
amozē xp̄ianitatis & huande virginitatis. cū
at̄ p̄ suū velle eā desposare cuidā nobili filio
senatozis. ip̄a petita et obtenta licētia a parētibus
suis. cum duobz eunuchis p̄tho & iacimē-
cto. xv. ānoz exiit ad visitāda p̄na p̄dia
& sburbia. vbi audiēs xp̄ianos cātantes. Oēs
dij gentiu demonia sunt. pbauit hoc duobus
predictis eunuchis et cōuertit eos. & cū senti-**

rent & eaz ducerēt ad desertū egypti attonsa
vt virū inducā. et d̄rent eam fr̄m suū eugenī-
um. venerūt cōmuni cōsensu ad domū religio-
sam. in q̄ p̄erat sanct⁹ elenus ep̄s. ab infātia
xp̄ianus. & tante puritatis & innocētie. q̄ cū
puer mitteret̄ ad ignē quendā approbat illum
in vlnis suis vestibus illeis. Quendā etiā here-
ticū. q̄ nō posset eum p̄pter astutiā suā & ar-
tes supare verbis. supauit eum orōne et vincu-
lo. igne facto in medio cōmuni consensu assi-
stentiū ad pbationē vere fidei intrauit sanct⁹
elenus. et māsit illeis. vbi cū p̄icissēt heresi
cū & oburereē. scūs eū extraxit de igne semiu-
stū. et expulsus est de terra. hīc aut̄ veniētem
ad se cognouit eugeniā et socios vñ venerant
et q̄re et qui essēt. & suscepit eā in monachum
dicēs q̄ multa oporteret eam sustimē p̄ huan-
da fide et v̄ginitate. Post obitū dicti eleni eli-
git̄ ī abbatē. in oibus se exhibēs hūilem & hūi-
entē. cū aliis aut̄ bonis opibus miraculis & fa-
ma et in habitu viri fulgeret & exemplis. cu-
rauit a lāgoze febrīū q̄ndaz mulherē magna
oplentia plenā. que inarsit ī cōcupia eius. quē
cū nō poss; inflectē muneribz aut blādiciis ve-
cū ea contraheret. finxit se infirmā. mittēs ad
abbatē vt eam causa salutis visitar; . Quod cū
fecisset. ip̄a se solā videns arripuit eum. volēs
violenter eū trahē ad turpē cōmixtionē. Cum
aut̄ se excussisset ab ea fugiēs ip̄a otempta cla-
mauit. imponēs ei q̄ velle ei violentiā inferre
vadit ad alexādrīā accusat abbatē talē. & mo-
nachos apud p̄ez eugenie vocant̄ et capiunt.
& testes falsi cōtra eos apud alexandriā pdu-
cunt. Cū aut̄ iudicarentur ad penas. eugenia
remoto caputio. & scissis vestibus oñdit se fe-
minā. et iudici et fr̄i se eugeniā & amozē as-
sequēde xp̄ianitatis et seruāde v̄ginitatis hoc
cōsiliū habuisse vt sub tali hītu lateret & xp̄o
seruiret. Hec autē postq̄z p̄em et fr̄es et mag-
nam partē vrbis ad xp̄m conuertisset. p̄ eius fit
v2bis ep̄s. quē quidā gēriles in ozatione positū
p̄ditiose gladio p̄usserūt et occiderē. postmo-
dū m̄ eius et fr̄es cū ip̄a reūsi sūt romam. &
honorifice a senatu recepti. vbi beata eugenia
post multoz ouersionem seditione ozta inter
xp̄ianos sub imperio galiēni post passionē p̄-
thi & iacimēti. post multā sagittationē in tybe-
rim p̄ saxo piccta est. euadēs dei v̄tute illesa.
Similiter piccta in fornacē euadēs illesa. sup̄a-
tis etiā bestis fortissimis in carcē. xx. diebus
sine cibo est detēta. apparēte sibi xp̄o pane cā-
didissimo est refecta. ab eo. et tam celesti luie
cōfortata. ibidē tandē in die natalis dñi decol-
lata est. **Quinto virginitas comparatur cibo
quo deus pascit et delectat. est em̄ silis ap̄i. q̄
pascit in flozibus et oztis. Silr̄ deus in mūdis
cordibus et puris affectōibus et cogitatōibus
Canē. ii. Qui pascit inter lilia. Cant. vi. Dile-
ctus meus descēdit in oztū suū ad areolas aro-
matum. vbi pascit in oztis. & lilia colligat.
Sexto comparatur lecto suauissimo. in quo
deus cum sancta conuiescit. de quo. Cant. i.**

Lectus noster flozidus. spiritus dñi requiescit in floze. i. corde virgineo. ps. cxxxi. Sup ipm efflozebit sanctificatio mea. **S**eptimo virginitas comparatur terre bñdicte fructifere siml & flozigare. cuius fructus nō tollit flozē. de qua Math. xiiii. Legit. q̄ terra in q̄ seminatū fuit verbum dei tulit fructū centesimū. Bona est cōiugi terra ferēs fructū tricesimū. Melioz v. dualis castitas q̄ fructus fert sexagesimū. optima virginitas. que fructū fert centesimū. aureolam p̄merēdo. Vel ūginitas est ager plenus. s. flozibus. fructibus. odoribus. cui benedixit dñs. Itē virginitas est illa pars p̄ti flozi. s. picturata & intacta a porcis. de qua legit in vita beati martini. q̄ cū ambularet cū monachis vidit p̄tum quod in parte erat effosus a porcis depastū et dissipatū. Alia pars similis fuerat. s. uiroze ḡminis et floze deposito ḡmē retinēs. uiroze suo p̄ti p̄te uestiebat. Tertia pars a porcis intacta manebat grata aspectibus. virens graminiibus. picturata flozibus. fragrans odoribus. et dicebat sc̄s moahis. q̄ p̄ma pars a porcis eversa significabat statū incōtinentiū in quibus fedi demones p̄ luxuriā inhabitāt. & ab eis oīm bonoz spūaliū genimīa eradicāt. **S**ecūda pars signat statū illoz. qui p̄ penitentia ad statū cōtinentie post peccatū redeunt. Tertia pars statū significat virginū intactarū. in quaz aspectu dei filius delectat. **B**erñ. Amat flozigeria flos de radice iesse. **O**ctauo. virginitas balsamo comparat. **E**ccl. xxiiii. Quasi balsamū nō pmixtū odor me. hoc balsamo cozpoza icorrupta seruant. maxie q̄ n̄ admittit ibi infectio male intentōis v̄ affectōis. & reddunt diuinis et anglicis narib⁹ bñ redolētia & etiā humanis q̄nq̄. sicut cozpus ūgineū bñ dñici eleuatū a terra. & multoz alioz sanctorū virginū & sanctaz effudit circumquaq̄ mire odoris fragrantiaz. **H**oc balsamū reddit cozpoza virginea q̄nq̄ ad lram impuribilia. & icorrupta seruat. semper atē spūaliter nisi obiciat a putredine luxurie et fetore. vñ **B**er. ad henric. sc̄n. ep̄m. sola castitas q̄ in hoc mortalitatis loco et tpe statū imortalis glie representat. sola inter nuptiaz sollennia moze illi⁹ beate v̄dicat regionis. vbi neq̄ nubēt neq̄ nubent. vas vitreum fragile quod portamus. in quo et pegrinamur tenet castitas in sanctificatione admixta balsami. quo cōdita cadauera. seruant icorrupta. sensus et artus retinet. & cōstringit ne dissoluant. sauiis ne corūpanē desideriiis ne carnis voluptatib⁹ oputescant. **D**e hoc ponit **B**eda exemplū in gestis angolorum libro tertio. q̄ aliquē etiā icorruptionem carnis oñdit miraculo eius icorruptōis. **V**ñ refert q̄ i terra cātuarie erat quedā abbatissa que deo vt uouerat p̄petuaz virginitatē. ita ei icorruptā seruauit. cū autē incepisset edificare eccliam in honore. xii. ap̄loz moze p̄uenta sepulta est extra. qua consummata et dedicata cū uenerūt cozpus i vestibus icorruptū & illesū

ab omni putredine. sicut a peccatis carnis fuerat intactū. **I**tē cozpus bñ petri martyris mediolanē. de ordie p̄dicatoz post annū a sepultura sua inuentū est integrū & icorruptum. & in eadē recētia in qua fuit ibi positū. i. testimoniū cōtra hereticos sue icorrupte virginitatis & fidei sanctitatis & integritatis. p̄ cuius defensione passus est gloriozus virgo p̄dicatoz et martyr. vñ et inuēit triplici aureola decozari. **I**tē idem **B**eda. li. iiii. i. gestis angloz refert q̄ **A**nthea rex orientaliū saxonū. dedit elderi dā filiā suā vxozē cuidā p̄ncipi. qui post cōnubiū cito defunctus est. quā post dedit regi herfrido vxozē. cum quo māsit p̄. xii. annos impetua ūginitate. quo mortuo cū eam multi peterēt in cōiugē & p̄ eam eis p̄mitteret. ip̄a noluit cōsentire. s. sp̄etis carnalib⁹ nuptiis adheſe sp̄o xpo. sumēs monachaz habitū regulam p̄fitendo. vbi in mirabili p̄seuerauit hūilitate & abstinētia. **P**redixit moze suā & oīm aliaz que suo monasterio eēt euocāde. cū atē mortua fuisset et ablutū esset cozpus eius. posita in locello ligneo. in quo māsit p̄. xii. ānos cum autē ascēdissent nauim inuenerunt iuxta quosdā muros sepulcrū vacuū de cādidissimo marmoze. quod deportātes volētes transferre ossa eius in marmozeū illud sepulcrū. inuenerūt cozpus eius et vestes ita recētia. sicut p̄mo fuerāt ibi posita. & sepulcrū dictū ita ap̄ratū fuisse eius cozpi. ac si p̄ ea fuisset fabricatū. **E**t itē fuerat ablutū & aliis vestibibus indutū. & cū habuisset inflaturas sub maxilla in gutture de qua fuit scissa & mortua. cū ap̄erto vulnere inuēta plaga clausa ibi cicatrice remanēte. de q̄ inflatura dicebat gr̄as agendo q̄ merito talia patiebat. p̄p̄t oznamta taliū lapidū p̄ciosoz q̄ ibi portauerat et auri. **F**uit autē itē abluta tertio. et aliis vestibibus induta. cuius p̄petue virginitatis testimoniū dedit ep̄s cōfessoz su⁹ & soroz sua abbatissa & alie mulieres que lauerūt & tractauerūt cozpus eius. **I**tem de sc̄a bzigida legit. q̄ cum tetigisset lignū altaris viruit in testimoniū eius p̄petue virginitatis. **I**tē nono virginitas comparatur aule mūde habitationis diuine. sicut sup̄ monstratū est.

Sextū incitamentū ad amozē et custodiā virginitatis. ē multiplex utilitas quā virginitas facit eam suatib⁹ efficacit i p̄nti & i futuro. **E**t de hoc **R**e. infra libro tertio **I**n fine.

Septimū incitamentū ad amozē virginitatis est maxima merces que p̄parat virgib⁹ in futuro in om̄ibus fere mēbzis suis. & oznamēti nobilitate. & in nobili societate. et i sp̄si agni p̄p̄nquitate. et similitudinis eius cōformitate remunerabunt in capite. vbi nō solū habebūt coronā. s. etiā singularē virginitatis debita ūginitatis aureolā. **I**tē in oze incantici nouitate et singlaritate. **A**po. xiiii. **C**ātabāt cāticum nouū. **G**losa. q̄ de integritate aie & cozpozis gaudebat nemo poterat dicē cāticum nouū cozā agno. nisi illa. c. xliiii. &c. **E**t post. virgines em̄ sūt. **I**tem in pedibus q̄ secunt agnū

quocumque ierit. Item ut videtur in oculis. quia ceteris videntur fuisse corde et corpore mundiores. que si beati mundo corde ubi videantur videtur quod puriorum & limpidiorum habuerunt oculorum mentis limpidius eum videtur. In spoliis puritate. quia innocentes adherent ei in beata virginum societate. ut matris domini et aliarum. unde Iere. xxxi. Letabitur virgo in choro ludentium. In totius corporis & membrorum puritate que munda fuerunt & in corrupta propter deum. De mercede autem earum super habitum est ubi dictum est quod deus est susceptor et glorificator & remunerator virginum. In christi et angelorum maiori similitudine & beate virginis qui virgines sunt & uirginitatem diligunt. specialiter sicut christus pro ceteris Iohannem dilexit familiariter et tenerius. quod patuit in multis iudiciis amoris.

Demum considerandum est de luxuria que opponitur castitati & de partibus luxurie. Sed de his Re. infra libro tertio. ubi agitur de septimo vicio capitali.

DE PARTIBUS TEMPERANTIE POTENTIALIBUS. DI. XCVII.

Demum considerandum est de potentialibus partibus temperantie. Et primo de continentia. Secundo de clementia. Tertio de modestia. Circa primum considerandum est de continentia & incontinentia. Circa continentiam consideranda sunt quatuor. Primo verum continentiam sit virtus. Secundo que sit eius materia. Tertio de eius subiecto. Quarto de comparatione eius ad temperantiam. Quinto de his que faciunt ad commendationem eius. **A**d primum. scilicet verum continentiam sit virtus. Dicendum quod nomen continentie dupliciter sumitur. a diuersis. Quidam enim continentiam noiant per quam aliquis ab omni delectatione venerea abstinere. unde Apo. Gal. v. Continentiam castitati coniungit. et sic continentiam perfecta principalis quidem est virginitas. Secunda vero viduitas. unde secundum hoc eadem ratio est de continentia que de virginitate quam super diximus virtute. Alii vero dicunt continentiam esse propter quam aliquis resistit concupiscentiis prauis que in eo vehementes existunt. & hoc modo accipitur philosophus continentiam in vii. ethicorum. Et hoc etiam modo accipitur continentiam in collationibus primum. hoc autem modo continentiam habet aliquid de ratione virtutis in quantum. scilicet ratio firmata est contra passiones ne ab eis deducatur. non tamen attingit ad perfectam rationem virtutis moralis. secundum quam etiam appetitus sensitivus subditur rationi. sic ut in eo non insurgant vehementes passiones rationi contrarie. & ideo philosophus dicit in iii. ethicorum. quod continentiam non est virtus. sed quedam mixta in quantum. scilicet aliquid habet de virtute. & in aliquo deficit a virtute. Largius tamen accipiendum nomen virtutis per quolibet principium laudabilium operum. possumus dicere continentiam esse virtutem. **A**d secundum. scilicet que sit materia continentie. Dicendum quod dicit philosophus vii. ethicorum. quod continentiam & incontinentiam sunt circa eadem. circa que temperantiam & intemperantiam. temperantiam autem & intemperantiam sunt circa concupiscentias delectationum tactus. ut dicitur est. nomen vero continentie refrenationem quendam

in renibus. ego inquit scio vnde curare eum. & accedens ad eum. ait ei in secreto. redde mihi pecuniam meam quam in tali loco accepisti. alio quoniam faciam te suspensum. qui timens reddidit pecuniam & recuperavit solitam letitiam. **M**axime autem in morte consueuerunt letari beati pauperes. **S**cietes quod liberantur a presentis miserie. & sperantes de mercede sibi debita et letitia futura. contra diuites donec per diuitiarum amissione & paupertatis future metu. **ecclesiasticus. xvi.** **M**ois quoniam amara est memoria tua homini iniusto. pacem habenti in substantiis suis &c. **E**t post e contra. **M**ois bonum est iudicium tuum homini indigenti &c. **C**onfidit enim de amico fidelis christo. cui fuit socius in paupertate fidelis. ut sit ei socius in consolatione. **ecclesiasticus. xxii.** **F**ide posside cum amico tuo in paupertate illius. ut in bonis illius postea letaris. in tempe tribulationis permanet illi fidelis. ut in hereditate illius coheres sis. **I**tem ad hoc facit exemplum positum super de timore naturali de paupere pegrino. de quo legitur in vitis patrum. quod cum quidam pauper rogasset deum. ut ei ostenderet qualiter egredere ab hoc seculo anima iusti pauperis. affuit ei lupa ducens eum per vestes vsque ad villam. in cuius platea vidit pauperem pegrinum. iacentem sine alicuius auxilio in extremis laborantem. ad cuius transitum vidit missos duos archangelos michael & gabrielem. vnum ad eius dexteram. & alium ad sinistram. expectantes animam ut exiret de corpore. & cum illa timeret naturaliter egredi. & differret. ait michael gabrielem ut eam tollerent & rediret. **R**idit quod a domino receperat in mandatis. quod sine omni pena ei deferrent. quia satis in mundo de pena sustinuerat. tunc ea dolente egredi missus est dauid de celo cum cythara et cantibus suis. **A**d cuius cantum dulcem anime illa letata statim exiit a corpore inter manus angelorum cum quibus est ad celum cum gaudio deducta. **I**tem ad hoc facit hoc quod dicitur **Gregorius. iiii. dial. xv.** de transitu seruuli. **S**epe animabus electorum executibus dulcedo solet laudis erumpe celestis. ut dum illam libenter audiunt. dissolutionem carnis ab anima sentire minime permittunt. **E**t ponit exemplum de huulo paupere rebus. sed diuite meritis. qui rome iacebat in quodam porticu paraliticus. gratias agens. & elemosinas sibi datas aliis largiens. qui cum presentiret exitum propinquare. monuit assistentes. secum psalmos cantare. cumque cum eis psalleret. psallentes compefcuit cum voce magni clamoris dicens. **T**acete tacete. numquid non auditis quante resonent laudes in celo. & dum ad easdem laudes quis intus audierat aure cordis intenderet. sancta eius anima carne soluta est. & omnes qui affuerunt inestimabili suauitatis fragrantia odoris sunt repleti. **Q**uarto pauperas reddit hominem quietiore. quia facit eum esse quietum in se afferendo sollicitudines reze mundialiū que mentem hominis inquietat. sic patet per exemplum superpositum de diuite & paupere vicino. & facit quietum esse cum aliis. sicut ait seneca. **Q**uietissime viuerent homines si hec duo pro noia. meū. & tuū tolerent de medio. id est quod non habent proprium. **I**deo bragmani

vt scripsit eozū rex alexādro quietissime uiue-
bant nec guerras. nec lites. nec causas inter se
habebāt. quia nihil p̄priū h̄re volebāt. **S**cōm
etiā. **B**erū. meū & tuū fecit infernū. Quoniā
aut paup̄tas liberū facit & quietū a causis &
guerris & curis. nullus em̄. p̄ ea obrimenda lici-
gat aut mouet guerras. cum om̄es vere refu-
giāt et labozēt quō eam efugiāt. **L**icet sit
bona. mirabile tñ dicit de ea quidā ph̄sus n̄ioe
scōus. paup̄tas est bonū odibile. mater sanita-
tis curazremotio. repatrix sapientie. negociū
sine damno possessio sine calūnia. sine solli-
citudie felicitas. **I**pa em̄ sanitatē generat. quā
supfluitas exterminat. & cum curas abiiciat.
sapientie libere vacat. est negociatio in q̄ nul-
lus amittit suū capitale. & nullus aliū labozat
circūuenire. nec decipere. aut furari ei paup̄tatē
suā. **I**deo possessio est sine calūnia. & felicitas
pro qua custodienda nō oportet esse sollicitū
quia nullus vel rarus ei inuidz aut insidiatur
vt eam alicui subripiat. **I**deo sicut elōgant se a
mundo fugiētes ad solitudines claustrī & he-
remi. vt ibi in paup̄tate degentes liberi & qui
eti sint a curis rerum mūdi a quibz mūdani
diuersimode afficiunt. vñ quia paup̄tas exo-
nerat. faciens hominē expeditū & p̄mptū ad
currendū post x̄pm vt dictū est. facit etiā ho-
minē quietū. **I**deo x̄ps posuit eam p̄mariū fū-
damentū xp̄iane religionis dicens. **M**at̄. v.
beati paupes sp̄ritu. **C**ollocauit em̄ eaz quasi
p̄mariū lapidem in fundamento. **S**imilr &
sancti p̄res n̄ri franciscus et dominicus religi-
ones suas sanctas fundauerūt sup fundamē-
tum solidū paup̄tatis. exemplo x̄pi qui dicit.
qui audit uerba mea et facit ea. assimilabitur
uiro sapiētī qui edificauit domū suā sup petrā
id est sup x̄pm paup̄tem quā nō potuerūt euer-
tere. nec pluuiā irruēs. nec uenti. nec fluuina
vt dicit. **M**at̄. vii. s̄. que fundata est sup bare-
nam. id est sup terrenas possessiones subtra-
cto tempalium fūdamēto cito corruit. **S**imilr
que fūdata est sup xp̄i paup̄tatē. subtracto fū-
damēto cito habet corruē. **I**tem notādum. q̄
paup̄tas est mater et nutrix & custos religio-
nis. **R**eligio aut repperit diuitias & possessio-
nes. quia p̄ remedio animaz suaz possessio-
nes relinquebāt hoīes & diuitias. & dabant
ubi religio apparebat. & ubi maior libentius
paupes religiosos fugauerūt. vt iudei stephanū
qui regula interpretat. religionē occiderunt. &
regulares obseruātiā lapidauerūt. **I**am em̄ in
claustris nō est studiū sacroz libroz. s̄ strepi-
tus causaz & litigioz terrenoz. **I**n capitulis
nō est tam correctio culpaz q̄ cōputatio rez
terrenaz. plus sūt ibi virge ad ostentatōez q̄
ad uitioz fugationē. **I**n ecclesiis et chozis plus
h̄nt multi affectiōē ad tempalia q̄ ad sp̄ia.
lia vel dei uerba. plus cogiāt & vacāt terrenoz
occupationi q̄ orōni. in refectorio plus d̄n̄at
ferculoz et potuum supfluitas. q̄ temperan-
tie sobrietatis. plures sepe introducit ibi symon

magus q̄z symon pet̄. vel pactum tempalis
commodi. q̄z amor dei. **A**liqui etiā sicut canes
qui catulos suos nutrire nō sufficiūt nobiles
qualicūqz p̄ce v̄l p̄cio vel carnis intuitu eos ibi
reiciūt. etiā adeo multi nō curāt de religione
& honestate. q̄ potius uident goliardi q̄ mo-
nachi. quia nihil habent de monacho nisi flo-
citū & tonsuram. vel possessiones & diuitias.
Similes sunt pullis uulturū. de quibus dicitur
naturales q̄ postq̄z increuerūt enutriti a parē-
tibz qui sibi p̄das suas subtraxerūt vt eos nu-
trirēt. postq̄z patres debilitati sunt & attenu-
ati & pulli ditati et augmētati & roborati. eos
a nido suo expellūt. quē expulsis eis occupāt.
sic diuitie tempozales religionē et paup̄tatem
p̄pter quas date sunt locis sacris ip̄am religi-
onē et paup̄tatē eiecerūt. curis et occupatōibz
tempozalibus ibi introductis. **I**tem dicit q̄ auis
qui dicitur cuculus in nido cuiusdam auis parue
ponit oua sua. & illius oua abozbet. auis autē
fouet oua cuculi. & nutrit vt proprios pullos
eius. qui postq̄z creuerūt & inualuerunt occi-
dunt auiculā que eos nutriuit. **S**ic mundz tē-
pozales possessiones et curas tempozaliū poit
in locis religiosis fouēt. q̄ postq̄z fortes sūt
& augmentate suis sollicitudinibus religioez
suffocant. **H**ec sunt sp̄ime sollicitudinū diuitia-
rum. que postq̄z creuerūt in religione suffoca-
uerūt criticū sp̄ialiū bonoz. hec sūt zizanie di-
scordiaz que generāt lites & emulationes &
suffocationē critici. de quibus. **M**at̄. xiii. &
Luc. viii. **I**tem dicas q̄ paupertas sancta
generat securitatē & opulentiā. hūilitatē & pa-
tientiā. hec est em̄ sp̄osa regis altissimi. quam
nō decet esse solā. s̄ habet istas comites an̄ di-
ctas. **P**rimo quidē d̄na paup̄tas sociā habet
securitatē. imo ip̄a facit hoīes securos a latro-
nibus & calūniatozibus. est em̄ vt dicit securi-
tus ph̄s bonū odibile. negociū sine damno.
possessio sine calūnia. quia dicit poeta. **C**anta-
bit vacu⁹ cozā latrone uiatoz. **S**en. **N**udos la-
tro nes trasmittūt. & obfessa uia paup̄i pax ē.
In uitis pa. legit cum beatus hylarion relictis.
oibus puer ad exēplū b̄i antonii ad heremū
confugisset. vt ibi in sūma paup̄tate sibi facto
tugurio uiueret. latrones volentes eum inde
fugare cōuenerūt. & tota nocte circa eius tu-
guriū errauerūt. in mane aut eo inuento dix-
erūt ei. q̄d faceres si uenirēt ad te latrones. ait
nō timeo eos. quia nudus latrones nō timet.
& cuz illi dicerēt possent te occidē. ait. nec sic
eos timeo quia mozi paratus sum. **H**ac aut ille
paup̄ non timebat. **I**tem de quodā rege misso a
romanis ad expozādū quasdā terras. qui vt
securus iret p̄ mare & terras reliquit regez in
litoze. i. regium habitū. & sup̄to rupto & uili-
iuit securus in eo. **V**n̄ dicit regē parere iubēti
sc̄z p̄ncipe romano ardua non pinguis positif.
q̄ in signibus aule egrediē ruptos vel raptos
famuli indutus amictus. **I**n dubiis tutum est
inopem silare tyrāno. quāto igit̄ mundi d̄ns
securus eum uerus paup̄ agit. q̄ d. securus

viuit verus paup dñs mudi cū cōfinxit dict⁹
rex paupertatē pp̄t habendā securitatē. de quo
subdit. dimissoq; in litoē regi. id est regio ha-
bitu. ip̄e p̄ britānie scopulos & p̄ alia loca mul-
ta que sudit iuit securus in silata paupertate.

Ad hoc facit exemplū quod legiē in libro
de vita bzagmānoꝝ. vbi dicit q̄ audiēs alexā-
der de paupertate & vita et moribus & sapiētia
bzagmānoꝝ. Latēter cum paucis. s. cū. x. suis
specialibus amicis. deposito regio habitu veit
ad dandamū. & ip̄m inueniēs salutauit eū re-
uerēter. & sedens ad pedes eius. rogauit eum
vt sibi impartiret de data sibi a deo sapiētia.
Cum aut dandamus ei multas sui status mis-
serias & malitias retulisset. recognouit ita eē
vt ip̄e assererat dicens. **E**go inquit iter tumul-
tus & f. zmidines viuo. plurimos ex ip̄is q̄ me
cōstipāt et custodiūt timeo. maior mibi semp
ab amicis metus venit. q̄ ab hostib⁹ quos ve-
reor. eoz constipatione semp custodioꝝ. dieb⁹
totis varias gentes p̄sequor & fatigo. noctib⁹
somnia me turbat & fatigat. timeo semp ne
quis inimicus repētinus in me impetū faciat.
& cetera multa. **S**ecurius ille paup dādamus
viuebat alexandro iacens scz sup terrā sub ar-
boze nudus. q̄ alexander gemis et purpura &
auro ornat⁹ sicut dicit glo. **A**ug⁹. ii. coz. viii.
Sup illud. xps cum esset diues factus est pau-
per. paup in archa. diues in cōsciētia securius
dozmit in terra. q̄ diues in auro & purpura.
Itē paupertas voluntaria facit securos a duplici
impugnatione dyaboli p̄ pestē inuidie. **B**erñ.
in quibusdā dictis. **P**aupertas volūtaria a gemi-
na pugna diuitū huius mudi securos reddit
a pp̄ria inuidia et aliena. **P**aupertas enī dū pu-
ra miseria aliena carz inuidia. & quia est volū-
taria nemini quicq; inuidz. **S**ola vt dicit boeci⁹
miseria caret inuidia. **I**tem paupertas securiozes
facit paupes in p̄nti ab hostibus spiritalibus
id est demonib⁹ & viciis. q̄ diuites quozum
p̄cedit iniquitas. quasi ex adipe diuitiarū &
delitiarū. quia abūdantia diuitiarum et delici-
arū sunt incitāmēta & fomenta vitioꝝ & tēp-
tamentoꝝ & materia eoz. qui vbi deficiunt.
extinguūt ignis malaz & cupiscentiaz. **P**rou.
xxvi. **C**um defecerint ligna. extinguit ignis
Itē paupertas volūtaria reddit paupes in futu-
ro iudicio securos. quia sicut vulgariter dicit.
qui nihil habet nihil cadit ei. Ita qui nihil ha-
bit & qui omnia p̄pter deum reliquit. nihil ex-
iget ab eo. **C**um de oibus bonis temporalib⁹
ratio districta a diuitibus quibus cōmissa sūt
exiget a dictis paupibus. nō solū nō exiget
s; vt dicit **I**ob. xxvi. **D**eus paupib⁹ iudiciū cri-
buit. **H**ieronym⁹ in eplā ad elioderū ait. **E**cce
de celo tuba canit. ecce debellaturus mundum
impator sūmus egredit. & de ore eius gladi⁹
bis acutus. a via quoq; deuiātes aggreditur.
tūc ad vocē tube. pauebit terra cū populis & c.
Et post ibi. reges potentissimi quondā nudo
latere palpitabunt. tunc tu pauper rusticanus
videbis ridebis. & dices. **E**cce deus meus. ecce

saluator meus fili⁹ cuiusdā paupule questua-
rie deus hoīem fugiens in egyptuz iudicabit
orbem terraz hic qui quondā indutus est co-
cino. & sentib⁹ coronatus. securi erūt qui potu-
erūt dicere ibi dño. qd dicit petr⁹. **M**at. xix.
Ecce nos reliquim⁹ omnia & secuti sum⁹ te.
Item cū quidā monitus fuisset ad ordinis
introitū. & deliberaret apud se. qd ei sup hoc
expediret. & uidēt q̄ in securo statu & bono
esset. qui satis ut uidebat ei sobrie & caste &
pie in seculo uiueret. & bñ temporalia sibi credi-
dita dispēfaret. apparuit ei dñs dicens. **E**t ego
p̄pter te tot & tāta dimisi. tot & tanta susti-
nuī. & qd rñdebis michi. & qd p̄ me dimisisti
aut sustinuisti. recordare paupertatis mee trās-
gressionis mee & utilitate absynthii & fell. &
doloris cozpis. & cordis anxietate. **A**t ille cuz
non haberet quid rñderet ad hoc. obmutuit &
erubuit. & hec cōfusio eū ad securiozē & p̄fē-
ctiozē statū adduxit. **S**ecundo paupertas dat
opulentiā faciens hoīem diuitem & abundā-
tem. quia sufficit ei id qd habet. qz sine suffici-
entia nemo pōt esse diues. cū hac nemo paup
Vn̄ versus. **C**ui satis ē quod h̄z satis illū ostat
habere. p̄. xiii. **E**st quasi diues cū nihil habe-
at. & quasi paup cū in mltis diuitiis sit. **I**tē. idē
xv. **M**eli⁹ est paz cum timōe dñi. q̄ mlti the-
sauri insatiabiles. p̄s. **M**elius est modicum iu-
sto sup diuitias p̄tōꝝ multas. **A**ug. **F**elix xpi-
ana religio que omnia nemo p̄t. facilis est tam
transitus ad habitum omnium contemptum
diuitiarum. i. coz. vi. tanq; nihil habentes. &
omnia possidentes. quia sibi sufficientes pu-
tabantur omnia possidere. non solum spiri-
tualia. s; etiā temporalia. qz nihil deest timētib⁹
deū. hec enī fuit glia aploꝝ nihil possidere. si-
ne sollicitudine esse. & tam res q̄ dñs earum
possidere. qz omnia añ pedes eoz ponebant.
et ip̄i eis subdebant. ii. coz. viii. altissima eoz
paupertas abūdante in diuitias simplicitatis eo-
rum. **A**mare aut paupertatē & sibi sufficere i il-
la facit maxie exemplū xpi caritatis & paup-
tatis eius. ii. coz. viii. **S**citis grām dñi nri ihu
xpi. glosa. id est. **C**aritatē. qm̄ pp̄t uos egen⁹
factus est cū diues esset. ut ei⁹ inopia diuites
essetis & oisilium in hoc do. **H**oc enī utile uob
est. glosa. **P**aupertatem assumpsit. et diuitias n̄
amittit. intus diues. foris paup latens de⁹ in di-
uitiis. apparēs homo i paupertate ne diuites es-
setis in spūalibus. p̄ illius paupertatē abieci-
mus pannos iniquitatis. ut indueremur stola imor-
talitatis. omnes diuites facti sunt in paupertate
xpm̄ credētes. **N**emo igit se oremnat paup in
cella. diues in cōscientia. **S**ecuri⁹ paup dozmit
in terra q̄ diues in auro et purpura. non igit
expauescas ad eū accedere cū tua mēdicitate. q̄
indutus est tua paupertate. ubi se paupauit nos
ditauit. **T**al paup scz temporalib⁹ diuitiis. et di-
ues meritis. et spe mercedis erat eps smyrnie
cui scripsit dñs p̄ beatū Iohannem. **A**poē. ii.
Scio tribulatōem tuā et paupertatem tuā. s; di-
ues es. glo. **S**pe remuneratōnis. **V**n̄ p̄. **E**sto

fidelis usque ad mortem et dabo tibi coronam vite
 Item talis est ille de quo ecci. xi. Est homo marcus
 abundans paupertate & c. quod de ea potest habere
 quantum desiderat. Tales fuerunt beatus dominicus
 & beatus franciscus. qui nullam possessionem
 possessionum aut in communi. aut in particulari
 retinuerunt sibi vel suis. sed in deo omnem suam sol-
 licitudinem piecerunt. Item dandamus rex bag-
 mannoy alexandro venienti ad se. ait inter mul-
 ta alia. Omnia possidemus quecumque non cupimus
 quia de eis habemus quantum desideramus.
Est enim ferocissima pestis cupiditas que con-
 suerit quos capit egenos efficere. dum fine ac-
 rendi non inueniunt. sed quo magis fuerint locus
 plebati. eo magis mendicantes et cupidi. **V**e di-
 uites facit sancta paupertas voluntaria. quia the-
 saurizat in presenti christum et gratiam eius. in celo glo-
 riam. ut dicit Augustinus super ii. cor. viii. **X**pus factus
 est egenus ut eius inopia diuites essetis. pauper
 in cella diues est in conscientia. christum habens intra se
 in quo sunt omnes thesauri sapientie & scientie dei
 absconditi. **I**ero in epistola cuidam de cibo cogitanti
Si deus famem non patitur. affatim diues est qui
 cum christo pauper est. puer. xi. **T**hesaurus deside-
 rabilis. scilicet gratie & virtutum et oleum munde con-
 scientie in habitaculo iusti. **B**er. **O** mira no-
 uitas eius qui omnia noua facit. tollens iugum
 inuenit requiem. relinquit omnia habet centuplum.
 christum scilicet et gratiam eius in centuplum plus valen-
 tem. **I**n vitis primus requisitus senex quod cogitan-
 dum est in iuuetute. **R**ndit. christus acquirendus
 est in quo vno habent omnia. tuum est eligere deum
 aut matronam. **H**uc thesaurus volentes emere se
 vendiderunt ut christum emerent sui precio. de quo re-
 fert Iohannes elemosinarius duo exempla. **V**num de
 petro theloneario. qui visione facta sibi terri-
 bili que suspensa est de paupere. cui ex improbi-
 tate sua dedit filicam panis cum dixisset sibi iu-
 dex qui eum debebat iudicare & danare nihil
 inueniens in libra quod deberet ei valere. nisi illam
 filicam. ait iudex. reuertere ad vitam. propter istam fili-
 cam. & si vis saluari adauge ad eam. ex quo sa-
 nus factus cum venditis omnibus erogasset pau-
 peribus obuias nudo pauperi & exuens exo-
 forium suum preciosum. rogans ut vestiens eo vteret
 tur & ozaretur pro eo cum eum videret. pauper autem
 erubescens preciositate vendidit eum. quod sciens
 dictus sanctus flebat se non fuisse dignum
 ut pauper sua vteretur veste. cui apparuit dominus spe-
 ciosior sole. super caput habens crucem. querens si eum
 agnosceret. & exoforium. scilicet quo indutus erat
 quo respondere quod sic. **A**it dominus. **N**oli flere quod ex
 quo hoc vestimentum dedisti pauperi pro me. eo su-
 vestitus. qui ad se reuersus pauperes beatificans
 cogitauit quod eos imitaret. qui venditis omni-
 bus & erogatis. **V**no seruo retento quem liberta-
 ti donauit pro eum se fecit vendi in loco igno-
 to et genti. & precium erogari. ut eo christum emer-
 ret. & annis pluribus pauper christi seruiuit in co-
 qua emprois sui. pauper pro christo & diues meri-
 tis. **I**te sile refert. **I**dem Iohannes elemosinarius de
 sancto serapione. qui sidonius appellatus est

qui obuians pauperi. dedit ei amictum suum.
 post alteri nudo tunicam suam. nihil retinens. nisi
 euangelium. sed cum nudus esset querentibus cur
 hic esset. ait vendendo et do pauperibus. quo facto
 etiam seipsum vendidit quibusdam myrnis grecis
 danis precium sui pro christo emendo. quibus eum seruis-
 set diu humillime verbo & vite exemplo. ad do-
 minum conuertit eos. acquirens hic gratiam. &
 gloriam in futuro. **I**tem paupertas thesaurizat
 in celo. **M**atth. xix. **D**ixit dominus adolescenti
 vende omnia que habes et da pauperibus & sequere
 me. & habebis thesaurum in celo. **L**uc. xii.
 vendite que possidetis. & date elemosinas. facite
 vobis sacculos qui non veterascunt. thesauros
 indeficientes. quo fures non apropiant. nec tri-
 stitia corrumpit. **S**imilis est eligens voluntarie
 paupertatem illi filio diuitis. de quo refert Iohannes
 dam. in barlaam. quem proposuit barlaam regis fi-
 lio iosaphat in exemplum dicens. quod cum quidam
 diues despessisset filio suo puellam nobilem &
 pulchram. timens iuuenis quod sibi poterat immere
 periculum antequam contraheret a prelo elabere fugiens
 & veniens hospicio est receptus in domo ciuitatis
 agricolae. qui rebus videbatur pauper. moribus
 & honestate diues. **A**ttendens autem iuuenis ro-
 gat. & obtinet ut moreretur cum eo. volens experiri
 se in formare eius moribus. **H**ic autem filium habebat
 sibi. quam cum iuuenis videret sedentem in
 domo patris laborantem assidue & laudantem
 deum. quesuit ab ea quid & quare sic diceret. **C**ui
 illa respondit quod deum laudabat. cui nec sufficere va-
 lebat gratias agere pro susceptis iam beneficiis. mul-
 to minus pro maioribus que sperabat adhuc ab
 eo suscipere. & cum quereretur cum nec esset diues.
 aut multum pulchra aut nobilis. respondit. quod de eo
 ipso dolebat. quia in hoc se subtraxerat ei deus
 malam causam supbiendi. & quia non sufficeret
 pro solis beneficiis creationis. iustificatois. et re-
 demptionis. **A**d quare occasione attendens iu-
 uenis eius sapiam. postulauit eam a prelo sibi da-
 ri in coniugem. **P**ater autem volens experiri eius constantiam
 et mores. pro annum post eam dedit ei uxorem
 postea ducens in secretum cubiculum suum ostendit ei
 thesauros suos imensas copias et potera quae
 habebat pro cunctis diuitibus & gloriosis terre in
 quibus debebat fieri heres suus. **S**ic qui orem
 nunt honores & diuitias pro paupertate cui contrahunt
 in professione religionis in fine obtinebunt
 infinitos thesauros patris christi. qui hic apparuit
 pauper. sed quod ipse ostendit in scripturis in presenti & ex-
 hibebit in fine. **T**ertio paupertas generat humi-
 litatem. nam et vilitas habet & victus compellunt
 hominem ad sui humiliationem. **I**tem homines mun-
 dani paruipendunt & abiiciunt pauperes. & sic
 eos compellunt resilire in propter christum. necesse habet
 humiliter petere. quia scriptum est. ps. xix. **C**um ob-
 scurationibus loquetur pauper. **S**i loquitur iter mag-
 nos contemnit. **S**icut dicit ecci. xiii. **L**ocutus est
 pauper et dicit despectiue. scilicet quis est hic. **S**i sa-
 piens consulit vilipendit. **S**ic dicit ecci. ix. in ci-
 uitate obsessa a rege magno & potenti inuenit

est vir paup & sapiens et liberauit urbem per sapientiam. Sequit̄ ibi q̄ sapiētia paup̄is con-
temptra est. **S**up om̄ia aut̄ q̄ mouē debet pau-
perē ad hoc q̄ sit humilis. est quia & mundus
abhoiatur. & deus ip̄e sup̄bum paup̄em dete-
statur. eccl̄i. xxx. **T**res species odiuit aīa mea
paup̄em. sup̄bum &c. **I**tē paup̄es tanq̄ leues
& expediti secunē ch̄istū relictis oib̄. & ideo
ip̄m in beatitudine p̄m̄i etiā consecūtur. secū-
tur p̄ viam p̄fectionis. cōsecunē in mercede re-
tributionis sp̄m̄ in quo sunt om̄es thesauri sa-
pientie & sciētie reconditi. **V**n̄ dixit dñs abra-
he. gen̄. xv. **N**oli timere protecto z tuus ego sū
& merces tua magna nimis. **P**ro hac mercede
cōsequenda apl̄i relictis oib̄ secuti sūt eum
Luc̄. v. **P**etrus et **A**ndreas. **J**acobus & **I**oh̄es.
& **l**euī siue. **M**ath̄. eiusd̄ez. v. **B**erñ in s̄mone.
Homines bone volūtatis qui xp̄iana pietate
diuitias paupertate cōmutarūt. vel nō habitas
tanq̄ habitas otempserūt. relinquentes oīa pro
pter xp̄m sicut et ip̄e reliquit om̄ia p̄pter ip̄os
hii secunē agnū quocūq̄ ierit. **M**at̄. xix. **E**cce
nos reli. om̄ia. & se. su. te. **B**erñ in sermone.
bene inquit petre & nō ad insipientiā tibi. **A**li-
ter em̄ gigantē sequi n̄ poteras qui exultauit
ad currendam viam. **B**erñ sup̄ canē trabe me
post te libēter sequar. libētius fruar trabi sua
dulcedine est eū sequi. osequi est eo frui. **M**ul-
ti aut̄ volūt xp̄m cōsequi. s̄ pauēt sequi. **I**dem
Berñ sup̄ canē. q̄ pauci post te dñe ire volunt
cū tñ ad te puenire nemo sit qui nolit. scienti-
bus cunctis qm̄ delectationes in dextera sunt
vsq̄ ad finē. volunt om̄es te frui. s̄ nō ita imi-
tari regnari cupiūt. s̄ nō cōpati nō curāt querē
quātum desiderāt inuenire. cōpati cupiūt. sed
non pati. **I**tem **B**erñ in quibusdā sententiis
Quidā nō secunē xp̄m. s̄ fugiūt. quidā nō
secunē. s̄ p̄cedūt. quidā secunē. s̄ nō cōsecunē
quidā secunē & consecunē. **N**on secunē. sed
fugiūt. qui peccare nō desistūt. de quibus **I**o-
h̄ane. qui male agit odit lucē &c. ip̄s qui elon-
gant se a te. p̄būt. **P**recedūt q̄ magistror̄ sen-
tentiis suas p̄ferūt. **N**ō cōsecunē qui segniter
& remisse agūt. vel qui vsq̄ in fine nō pseue-
rāt de medio itinere reuertētes. **C**ōsecunē aut̄
qui viā hūilitatis et paupertatis eius pseuerāter
inuitāt. cui⁹ imitatiois fruct⁹ ē adeptio eterne
beatitudinis. **I**tem sequi eum est imitari eum
Berñ. **I**mitemur eum inquantū possumus. q̄
sic dilexit paupertatē q̄ licz in manu eius essent
om̄es fines terre. nihil tñ habuit vbi caput re-
clinarēt. **Q**uarto paup̄tas comitē debz h̄re
patientiā. eccl̄i. xliii. diues iniuste egit & fremē-
bit. paup̄ autē lesus tacebit. **F**requēter oportet
paup̄es cōtumelias audire. damna et iniurias
sustinere. quia sic d̄z eccl̄i. xliii. **V**enatio leonis
onager ī heremo. & pasqua diuitū paup̄es. **E**t
ysayē. iiii. cōtra diuites impios dicit. vos depa-
sti estis vineā meā. & rapina paup̄is in domo
nr̄a. **C**ontra impios p̄ncipes et iudices qui leges
iniquas instituerunt in damnū. & p̄iudiciū
paup̄um dicitur ysa. x. **V**e qui condunt leges

iniquas et scribentes iniustitias scripserūt ve
opprimerent in iudicio paup̄es. & vim facerēt
causē humiliū &c. **S**ed sicut ait. ps̄. nō in finē
obliuio erit paup̄is. patientia paup̄um nō pe-
ribit ī finē. **G**reḡ. ome. euanḡ. xv. p̄m e partis
quasi perisse paciētia paup̄um cernit. cum ni-
hil in hac vita p̄ illa recompensat. s̄ paciētia
paup̄um nō p̄bit in finez. quia tunc eius gl̄ia
p̄cipit. cum simul oīa laboriosa terminantur.
Seruate ergo fratres in mēte paciētiā. eam-
q̄ cū res exigit exercete in opatione. nulli ve-
strū cōtra p̄ximū contumeliosa verba cōmo-
ueant. nulla perituraz reza damna p̄turbent.
Si em̄ fixa mente mansura damna p̄m̄esce-
tis damna transeuntiū rerū grauiā nō putatis
Si eterne retributionis gl̄iam cōspicitis. de tē-
porali iniuria nō doletis. **U**tem dicas q̄ ad
amorem paup̄tatis mouē debet. quia veri pau-
peres h̄nt deū p̄uisorē. adiutorē. p̄motorē. su-
sceptorē. **H**abent inq̄ deum p̄uisorē qui ī ne-
cessitate p̄uidet eis de vestimētis. alimētis. me-
dicamentis et h̄mōi. s̄m q̄ eis expedit. p̄pter
q̄. i. pe. v. omnē sollicitudinē nr̄am p̄iciētes
in eum. qm̄ ip̄i cura est de nobis. ps̄. tibi derel-
ict⁹ est paup̄ &c. **I**deo dicit **M**at̄. vi. **N**e sol-
liciti sitis aīme vr̄e qd̄ māduccetis aut corpi ve-
stro quid induamini &c. **S**equit̄. **S**cit em̄ p̄
vr̄. quia his om̄ib̄ indigetis. ip̄e p̄ cozuos pa-
uit helyam qui deferebant ei panem & carnes
mane et vespere. & p̄ viduā mulierez. iiii. **R**e.
xvii. **M**ultos etiā sanctor̄ ī carcē clausos. &
ab hūano auxilio destitutos. pauit p̄ semetip-
sum. eis apparendo vt beatū dionysiū et soci-
os eius. p̄ colūbam. vt b̄eam katherinā. p̄ ange-
los. vt helyā in deserto & dan̄. in carcere oppo-
tans ei abachuc de iudea cum cibis quos para-
uerat messoribus suis. ps̄. **P**arasti cibū in dul-
cedine tua paupi deus. **Q**uod satis patet p̄ exē-
plum hysnardi dñi castri dalfini. qd̄ est in p̄-
uincia prope folcalqueriū. **C**um em̄ dicit⁹ dñs
iuisset ad terrā trāsmarinā. motus deuotione
trāsuiuit vltra montē carmeli. vt ibi p̄ peccatis
suis ageret vitā heremiticā. ibi degēs in sūma
paupertate in deserto. **C**um aut̄ cōsumisset ibi
paucos panes & siccos. cōuertit se ad herbas
crudas comedēdū. p̄ quaz crudelitate & ama-
ritudine languid⁹ et infirmus conuertit se ad
oīez. vt infirmitati sue deus misererēt. cui⁹ cō-
passus deus. misit cozuū. qui unguibus & ro-
stro extraxit herbe cuiusdā radicē. quā ei exhi-
buit cognoscēdam. qua gustata. sensit ī ea mi-
ram dulcedinē & sapozis suauitatē. & de illa
assidue viuebat conualescens. & de riuo aque
bibens. **C**um aut̄ quidam de seruis suis post
septennium transfretasset. iuit ad desertum
in quo degebat. inquirens eum et inueniens
post mutuā agnitionē & allocutionē de mul-
tis. apposuit ei mēsam radicem. p̄ cibo. & aquā
p̄ potu. & postea cum nollet redire dicit⁹ p̄-
iceps. nec dimittē gr̄az quā de⁹ ei fecerat. recu-
lit ei sup̄dicta. et remisit eū. **D**icit⁹ at̄ seru⁹ as-
trebat q̄ radix dulcedie et suauitate sup̄abat

carnalium ferculoꝝ delicias. Hoc refert magister geruasius in libro quem fecit de mirabilibus terrarū & imperialibus solatiis. **A**d hoc faciunt multa exempla infra de timore mundano. Et infra filr de timore humano. De ep̄o qui timore huano & afflictione supplicioꝝ ydolis immolās fugit ad heremū. vbi p̄. lxxx. annos vixit in fletu & orōne p̄o peccato suo penitēs viuens de palma & fōte in tugurio q̄o de paauerat ei. quo defuncto & sepulto a fr̄e qui ibi supuenit. fons et palma statim aruerūt. & tuguriū cecidit. **I**tem ad idē multa exempla infra posita de gradibus m̄ie dei. quō pascit et curat & vestit suos pauperes atq; dicit. de paulo p̄mo heremita & antonio. & de sancto frōtonio & suis. et de monacho lapso fugiente ad heremū. & cibo sibi puiso & epate eius curato. **I**tem ad hoc q̄ dñs habeat curā pauperes suos pascēdi & potēdi. facit q̄o habeat infra de oratione de pitātia fidei. & panibus multiplicatis. quō. s. oratio multiplicat. quō oīo pascit & potat. **I**tem ad idē faciūt multa exēpla illoꝝ pauperū. qui recipere volebant sibi oblata ne amitterēt. puisionē dei qui erat. pcurator eozū pauperum. de quibus habeat infra de auaritia capitulo de acceptōe munerū. **I**tem capitulo de pprietate claustralī. ibi habent multa exempla. quō deus. puidet victū. vestitū et medicamentū. **I**tem ad hoc facit quod legiē dyal. Gre. li. ii. ca. ii. **V**bi legiē q̄ cum b̄s benedictus fugiens mundū. lateret in specu. & dyabol⁹ fregisset campanā ei. ad cuius pulsatoꝝ roman⁹ monachus panem ei porrigebat in die pasche apparuit dñs cuidā p̄bytero dicēs. **T**u tibi delicias p̄parasti. & seru⁹ me⁹ tali loco fame cruciat. qui surgens portauit ei q̄ p̄parauerat sibi & comedit cū eo. oīdens q̄ esset pascha. **I**tem in vitis p̄m de quodā heremita legiē. qui congregauerat pecuniā vt si forte cōtingeret euz infirmari. h̄ret vñ sibi de cura puideret. pass⁹ autē pedis infirmitatē. exp̄dit quod congregauerat. & nihil ei p̄fecit. s̄ dixit ei medicus. q̄ nisi sibi faceret pedē amputari. quā citius totū corpus inficeret. & ip̄e moreret statim. in ip̄a autē nocte fleuit penitēs. & angelus dñi apparuit ei dicēs. q̄ nisi oīsis fuiss̄i pecuniā sua. curasset eum sumus medicus. quē cōpunctū curauit angelus. **I**n mane autē veniens medicus ad pedē amputandū. eum sanatū inueniens. sua ferramēta reportauit. **S**ecūdo pauperes h̄nt dñm adiutoꝝ. p̄s. **F**actus est dñs refugiu paupi. adiutoꝝ inopoz. in tribulatione. **I**dē. ad iuuuū pauperem. de inopia. adiuuat autē eos conseruādo. ne scz cadāt in temptatiōne vel desperatōe. **J**ob. v. **S**aluū facies egenū a gladio ozis eoz. id est a temptōe. **I**tem vires & fortitudinē tribuēdo. **Ysa. xv.** **F**actus es dñe fortitudo paupi. fortitudo egeno in tribulatione sua spes a turbine. vmbra culū ab estu. **I**tem ab angustiis liberādo. p̄s. **L**iberabit pauperem a po. &c. **I**tem eripiēs inopē de manu for. eius &c. **I**tem consolādo. **Ysa. xxxix.** **C**ōsolatus est dñs pplm

suum. et pauperū suoz miserebit. quia nō habent solationes carnales vel temporales. ideo dat eis sp̄uales. quia s̄m Bern. **D**elicata est diuina cōsolatio. nec cōcedit admittētib⁹ alienā. **T**ercio pauperes h̄nt deū p̄motoꝝ. petitiōnes eoz exaudiēdo. p̄s. **D**esideriū pauperū exaudiuit dñs &c. ec̄. xi. **D**eprecatio pauperis ex ore vsq; ad aures puenit. & iudiciuz festinatū adueniet illi. **I**dē. **N**ō despiciet dñs p̄ces pupilli & vidue. si effūdāt loquelā gemitus. **I**tem b̄nificiū factū paupi sibi p̄stitū reputando. **Math. xxv.** **Q**uō vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. **Q**uō pat̄ i pallio b̄i martini. quō dimidiū dedit paupi algēti. & vidit ip̄a nocte dñm eo indutū. angelis dicentē. **M**artinus adhuc cathecumīnus hac me veste cōtexit. **C**redidit decurtasse suā clamidē. & adeo augmētavit. vt vnus eius angulus esset in terra super humeros martini. & alius i celo super humeros xp̄i. **B**erū de hoc. **P**uto o mare me q̄ si sciuisset quibus humeris nō ei dimidiasset. s̄ intergrū dedisset. **A**d idē facit exemplū sup̄positū petri thelonariū. qui naufrago nudo dedit suū exofozū. quo vidit dñm indutum. **I**tem eterna bona pauperibus reseruando. p̄s. **N**ō in f̄mē obliuio &c. **V**idēt dñs obliuisci pauperes in p̄nti. bona terrena dās diuitibus s̄ nō est ita. s̄ sicut paterfamilias vidēt obliuisci p̄p̄riū filiū. p̄ hosp̄itibus extraneis. s̄ hoc nō facit nisi ad horā. quia in mane recedētes nihil de bonis eius secū deferūt. ita diuites cum hinc recedūt. nihil secū deferūt de bonis tp̄alibus p̄ter stercoꝝa peccatoꝝ suoz. filius autē licet ad tempus videat paup̄. in fine sup̄ oīa bona p̄ris cōstituit dñs. & hereditas eoz. s. celestis debet esse p̄clara eis. quia est p̄ orphanorum in testamēto suo iam eis legauit. cōficiens super hec lras euāgelii inuolabilis. & adhibēs super hec testes acceptiōne maiores senatū aploꝝ sigillās ymagine filii sui p̄ hoc in cruce pendēti & septē sigillis intus. & rotidē foris quib⁹ vidit testamentū signatū. **beat⁹ lo. apo. v.** **Q**ue apperuit agnus qui occisus est. & sūt signacula forissecus septē articuli fidei. que p̄tinet ad eius hūanitatē intrinsecus. septē q̄ ad eius p̄tinet diuinitatē. qui in simbolo cōtinent. **D**icebat magister guillerm⁹ alūnus ep̄s parysiē q̄ rex regū visitās mundū istū cōuocauit curiam vt munera largiret peccatoꝝ. ad hoc omnes vocās. quō audietes tam diuites q̄ pauperes ad curiā venerūt. s̄ diuites cū equis suis venientes vidētes agros. prata. siluas iumenta. & villas. & rex istarū pulcritudinē nō credētes alia bona istis esse potioꝝa. hoc a rege petierūt qui et cōcessit eis. qui leti redeūtes currētes equos obuios sibi pauperes pedites irridebāt. q̄ inutiliter laboraret eūdo ad curiā vbi nihil obtineret credētes data sibi oīa bona. **P**auperes autē nihilominus ad curiā accesserūt. postulātes. vt si aliquid remansisset eis misericorditer cōferretur rege autē asserente q̄ habebat bona sine compatiōne melioꝝa & maioꝝa. s. eterna. ea pauperib⁹

concessit. ea cōditione. q̄ ad modicum patien-
ter expectarēt. & cum vocaret gñalem curiam
cozā om̄ibus eos in plena poneret possessione
Cum autē redirēt & denūtiarēt diuitib⁹ mag-
nitudinē muneris sibi facti. redierūt diuites
ad regē petētes bona eterna. **Q**ui ait. que de-
di paupibus. eis non auferā. s; emite vobis ab-
eis. quia vobis dedi t̄palia vñ emere potestis q̄
petitis. **I**ste est dñs ihs qui dat diuitibus tem-
poralia que petūt in euāgelio spōdens paupi-
bus eterna. **L**uc. xii. Nolite timē pusill⁹ grex.
oplacuit p̄i meo dare vob⁹ regnū celeste. i. hos
in gñali iudicio ponet in plena possessione. q̄
si emerit diuites dando eis elemosinas. pote-
rūt h̄re. **I**tem sedē eis iudicii p̄bendo **I**ob.
xxxvi. Iudiciū paupibus tribuit. **M**atth. xix.
Vos qui reliquistis om̄ia sedebitis sup sedes
iudicantes duodecim tribus isrl. **G**lo. sup. ps.
Iudicabunt & saluabunt boni. imperfecti iudi-
cabunt & damnabunt. fideles mali nō iudica-
bunt & damnabunt. infideles quia qui sine
lege peccauerūt. sine lege peribūt. iudicabunt
nō iudicabunt. s; saluabunt p̄fecti viri. & hoc
merito. q̄ mundus eos depmit et vilipēdit. i.
Reg. ii. Dñs paupem facit et dicit. hūiliat &
subleuat. suscitās de puluē egenū. & de sterco-
re. e. p. eccl. xi. Deficiēt virtute abūdans pau-
p̄tate. oculus dñi respexit illū in bonum. &
erexit eum ab hūilitate. & mirati sūt in eo vni-
uersi. **S**icut patet in beato dñico & francisco.
quos de⁹ de tā maxima hūilitate & paup̄tate
exaltauit ad tantā miraculoz opationē. ad tā-
tam filioz multiplicatōez. ad tantā toti⁹ eccle-
sie veneratōez. ad tantā populi xp̄iani deuotio-
nē & glorie sublimatōnē. q̄ stupeat inde mū-
dus. **A**d confusōnē autē eoz qui vilipendunt
paupes sapientes. est illud qd legitur eccl. ix.
Est ciuitas parua. & viri pauci in ea &c. **H**ac
autē cum nullus posset liberare aliquibus viri-
bus. inuent⁹ est in ea vir paup & sapiēs. q̄ eaz
ab obsidione liberauit p̄ sapientiā suam. & nemo
postea recozdat⁹ est illius paupis. **I**tē ad
hoc valet qd legit in cronicis q̄ circa raptū he-
lye homer⁹ poeta flozuit. qui cū i habitu vili
vellet intrare apud athenas curiā regis. ē p̄hi-
bitus. qui sumpto p̄cioso habitu. statim intra-
uit. honozifice recept⁹ obtinuit quicqd petiuit
Qui ad confusōnē regis & suoz. vestes cozā
om̄ibus exuit. & eas honozauit. & adozauit
grās eis referēs de obtēto q̄ valuerāt apud re-
gem. qd nō valuerat sapia aut bonitas obtinē
Idē dicit fecisse magr petrus abalardi. i. ofusi-
onē aliquoz monachoꝝ. qui cū venisset i qua-
dam abbacia relinquēs alibi equos & ornatus
cum capa paupē vix est ibi receptus. & cum ri-
baldis positus in hospicio. & viliter tractatus
postea autē veniēs ibi cū sūmariis & p̄pa. cū
maximo honoze est ibi receptus & tractatus.
& ad loquendū i eoz caplo mūtāt⁹. vbi mul-
tum cōfutauit eos dicens. q̄ si venisset ad eos
xps paup et pedes. fuisset male tractat⁹. & ei⁹
sapiētia repudiata. & de bono hospicio. qd ibi

habuit nō agens sibi grās. sed suis p̄heratis
equis & ornatus & p̄p̄e supbie. **Q**uarto
paupes habent deum susceptozē. sicut p̄ atz de
lazaro. **L**uc. xvi. Recipit em̄ in domū suā eos
qui suas p̄p̄ias relinquerūt. & quia dom⁹ dñi
est domus pauperū. ideo p̄cepit suo suo. **L**uc.
xiii. Exi cito. in plateas et vicos ciuitatis. &
pauperes ac debiles. cecos et claudos introduc
hic in cenā meā. **A**d hāc etiā cenā vidit beatus
antonius recipi paulū p̄mū heremitam qui ad
heremū tpe p̄secutōis fugerat oīa relinquens.
cum rediret de ei⁹ visitatōe. quē vidit vt legif
in vitis p̄m recipi & in celū deduci inter cho-
ros angeloꝝ & p̄phetaz et aploꝝ & alioꝝ s̄c-
toꝝ. **A**d hoc faciūt exēpla mltā videlicz. **A**m-
brofii. **F**rāncisci. **D**ñici. & h̄mōi. **F**aciet dñs i fu-
turo paupibus. **S**icut fecisse legit otho impa-
toꝝ filius othonis. qui vt refert godefred⁹ per-
mensis libro. s. de gestis impatoꝝ. cū esset co-
ronatus in vrbe romana clamari fecit vt om̄s
sub pena mortis seruarēt pacē ad muicem. nec
dep̄darent paupes. nec iniuriarēt eis. qui cū
recessisset in theutoniā. inceperunt in vrbe vt
cōsueuerāt guerras facē. bona paupoz dissipa-
re. & eos destruere. **Q**uod cum audisset. fecit
inquiri. qui & que fecissent. & scribi. **C**um autē
redisset ad vrbem. cōuocauit maximā curiam
ad quā cū venissent vndiq; maiozes. & p̄para-
tum esset maximū cōuiuiū. & residerent. fecit
venire maximā multitudinē armatoꝝ & p̄co-
nizari sub pena mortis. q̄ nullus se moueret.
& fecit. cōuocatis ex nomie malefactoribus &
iudicatis & recitatis eoz iniuriis. ibi cozā se &
aliis decapitari & capita eoz poni cozam se &
om̄ibus p̄ speculis et ferculis. illos em̄ qui nō
erant malefactozes. fecit ibi secū refici multis
deliciis. & sic paupes vindicauit. & pacē terre
dedit. **S**ic faciet dñs in iudicio malefactozes
paupum morte eterna occidet. & a se capite &
suis separabit. pacificos secū eternis deliciis re-
ficiet. qui esuriūt & sitiūt iusticiā. vt dicit **M**at-
th. v. **I**pos etiā paupes glia & honoze coronat in
celo. & super solū regni celestis collocat cum
aplis suis. **S**uscitās a terra iopē & d sterco-
re erigens paupem hūilitatis & vilitatis. vt col-
locet eum cum p̄ncipibus ppli sui. **I**tē. i. **R**e.
ii. **S**uscitat de puluē egenū. & de stercoze ele-
uat paupem vt sedeat cū p̄ncipibus. & solium
glie teneat. **I**ob. xxxvi. **R**eges in folio collocat
imppetuū. & illic eligunt si fuerint i cathenis
et vncianē funibus paup̄tatis. **P**aupibus spi-
ritu dñs dat regnū & martyribus. quia quod-
dam genus martyrii est volūtaria paupertas
Bern. in serm de oib⁹ s̄ctis. **Q**d martyrii ge-
nus graui⁹ q̄z inter epulas esurire. iter vestes
algerc. paup̄tate p̄mi inter diuitias q̄s cōfert
mūdus. q̄s oñtat malign⁹. quas desiderat ap-
petitus. nōne merito coronabit qui sic certauit.
ideo qui hoc certamē p̄seuerat merito co-
ronat. apoc. ii. **E**sto fidelis vsq; ad mortē. &
dabo tibi coronā vite. **I**tem in sermone de om-
nibus s̄ctis. vis obtinere celum. paup̄tatis

vilitate amplectere. et tuum erit. non enim pauperas
virtus reputatur. sed paupertatis amor. amicitia
pauperum regis amicos facit. amor paupertatis
reges. Regnum denique celorum pauperum est.

**PARS QUARTA. DE DONIS.
DISTINCTIO PRIMA.**

Quod sequenter considerandum est de do-
nis. De quibus primo considerandum
est in generali. Secundo de singulis in
speciali. De donis in generali con-
sideranda sunt octo. Primo verum dona differunt
a virtutibus. Secundo de necessitate donorum
Tertio. verum dona sint habitus. Quarto que
& quot sint. Quinto. verum dona sint conexa.
Sexto. verum maneant in patria. Septimo de com-
paratione eorum ad invicem. Octavo de comparatione
eorum ad virtutes. **A**d primum. scilicet. verum dona
differant a virtutibus. Dicendum quod si loquimur
de dono & virtute secundum nominem rationem. sic nullam
oppositioem habent ad invicem. Nam ratio virtutis
sumitur secundum quod perficit hominem ad bene agendum. ut supra
dictum est. Ratio autem doni sumitur secundum comparationem
nem ad causam a qua est. nihil autem prohibet id
quod est ab alio. ut donum esse perfectius alicuius
ad bene operandum. presertim cum supra diximus quod
virtutes quedam nobis sunt infuse a deo. Unde
secundum hoc donum a virtute distinguimus non potest. & ideo
quidam posuerunt quod dona non essent a virtutibus
distingueda. sed in eis remanet non minus diffi-
cultas. ut scilicet. rationem assignent. quare quedam vir-
tutes dicantur dona et non omnes. & quare aliquid compu-
tantur inter dona que non computantur inter virtu-
tes. ut patet de timore. Unde alii dixerunt dona
a virtutibus esse distinguenda. sed non assignaverunt
convenientem causam distinctionis. que scilicet. ita
conveniret virtutibus quod nullo modo donis aut
e converso. Considerantes enim alii quod inter septem
dona quatuor pertinent ad rationem. scilicet. sapientia. sci-
entia. & intellectus. et consilium. et tria ad vim
appetitivam. fortitudo. pietas. & timor. posuerunt
quod dona perficerent liberum arbitrium. secundum quod est fa-
cultas rationis. virtus vero secundum quod est facultas volun-
tatis. quia invenerunt solas duas virtutes in ra-
tione vel intellectu. scilicet. fides & prudentiam. alias
vero in appetitiva vel affectiva oporteret autem
si hec distinctio esset convenienter quod omnes virtutes
essent in vi appetitiva. & omnia dona in ratione.
Quidam vero considerantes quod gregorius dicit in secundo
moralium. quod donum spiritus sancti quod in mente si-
bi subiecta format prudentiam iustitiam. tem-
perantiam. & fortitudinem eadem mentem. muniat con-
tra singula temperamenta per septem dona. dixerunt
quod virtutes ordinantur ad bene operandum. dona
vero ad resistendum temptationibus. Sed nec ista di-
stinctio sufficit. quia etiam virtutes temptationibus
resistunt. inducentibus ad peccata que contrariantur
virtutibus. Unde nunquamque enim resistit natura-
liter suo contrario. quod precipue patet de caritate
de qua dicitur. cant. viii. Aquae multe non poterunt
caritatem extinguere. Alii vero considerantes quod
ista dona traduntur in scriptura secundum quod fuerunt
in christo. ut patet. ysa. xi. Dixerunt quod virtutes

ordinantur simpliciter ad bene operandum. sed do-
na ordinantur ad hoc quod per ea confortentur christo.
precipue quantum ad ea que passus est. quia in pas-
sione eius precipue homini dona resplenderunt.
Sed hoc etiam non videtur esse sufficiens. quia ipse
dominus precipue nos inducit ad sui conformitatem secundum
humilitatem et mansuetudinem. Math. xi. Discite a
me. quia mitis sum et humilis corde. & secundum carita-
tem. Ut io. x. Diligatis invicem sicut dilexi vos.
Et hec etiam virtutes precipue in passione christi re-
fulserunt. & ideo ad distinguendum dona a vir-
tutibus debemus sequi modum loquendi scriptu-
re in qua nobis traduntur. non quidem sub nomine
donorum. sed magis sub nomine spirituum. Sic enim dicit
ysa. xi. Requiescet super eum spiritus sapientie & intel-
lectus &c. Ex quibus verbis manifeste datur
intelligi quod ista septem enumerantur ibi secundum quod sunt
in nobis ab inspiratione divina. Inspiratio autem
signat quandam motionem ab exteriori. Est enim
considerandum quod in homine est duplex principium mo-
uens. Unde quidem interior quod est ratio. aliud
autem exterior quod est deus. ut supra dictum est.
& etiam philosophus dicit in capitulo de bona fortuna.
Manifestum est autem quod omne quod movetur necesse
est proportionatum esse motori. & hec est perfectio
mobilis in quantum mobile. dispositio que disponitur
ad hoc quod bene moveatur a suo motore. quan-
to igitur movens est altior. tanto necesse est quod mo-
bile perfectiori dispositione ei proportionetur. sic videmus
quod perfectius oportet esse discipulum dis-
positum ad hoc quod altiori doctrina capiatur a doctore.
Manifestum est autem quod virtutes humane perfici-
unt hominem secundum quod homo natus est moveri per rationem
in his que interiorius vel exteriorius agit. oportet
igitur inesse homini altiores perfectiones secundum quas sit dis-
positus ad hoc quod divinitus moveatur. & iste per-
fectiones vocantur dona. non solum quia infunduntur
a deo. sed quia secundum ea homo disponitur ut efficiatur prop-
te mobilis ab inspiratione divina sicut legitur
de ysa. lx. Dominus aperuit mihi aurem. ego autem non
contradico. retrosum non abii. Et philosophus dicit in ca-
pitulo de bona fortuna. quod his que moventur per
instinctum divinum. non expedit consiliari secundum rati-
onem humanam. sed quod sequantur interiorum instinctum
quia moventur a meliori principio quam sit ratio huma-
na. & hoc est quod quidam dicunt quod dona perficiunt
hominem ad altiores actus quam sit actus virtutum.
Homini autem dona quatuor nominantur virtutes secundum com-
munem rationem utentis. habent enim aliquid supereminens
rationi communi virtutis. in quantum sunt quedam
divine virtutes perficientes hominem in quantum est
a deo motus. Unde et philosophus in vii. ethicorum. Super virtu-
tem communem ponit quandam virtutem heroicam
vel divinam. secundum quam dicuntur aliqui divini viri.
Unde Gregorius primo moralium exponens illud Job. i. Na-
ti sunt ei septem filii dicit. Septem filii nobis na-
scuntur cum per conceptionem bone cogitationis spiritus
sancti septem in nobis virtutes oriuntur. & inducit
illud. ysa. xi. Requiescet super eum spiritus sapientie &c.
ubi enumerantur septem dona spiritus sancti.
Ad secundum. scilicet. verum dona sint necessaria ad sa-
lutem. Dicendum quod sicut dictum est. dona sunt quedam